TRACTATUS DE TRIBUS CORONIS PONT. MAX. NECNON DE OSCULO...

Marco Antonio Mazzaroni,
Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
36 K
33 H

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

23. 4. D
23
D
4
23
D
49

TRACTATVS
DE TRIBVS CORONIS
PONT. MAX.
NECNON
DE OSCVLO SANCTISSIMORVM EIVS PEDVM.

Auctore

M. ANTONIO MAZZARONIO
THEOLOGO.

IN QVO TRACTATVR

Corona quid, à quo inuenta, & quotuplex ſit.

Quare aureas, radiatas, atque gemmatas Principes ſupremi coronas gerant.

Quare ſacratiſſimum Pont. Max. caput triplici in eadem intra diademate coronetur.

Qua Pont. Max. adoratione ſit adorandus.

Oſculum quid, & quotuplex ſit. deq. oſculi adorationis origine.

Quòd pedum per oſculum adoratio, ſoli Pontifici Max. iure optimo competat.


AD SANCTISS. D. N.
PAVLVM QVINTVM
PONT. MAX.

Bibliot. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
Ex legato Ill.mi Cacini

ROMÆ, Sumptibus Ioannis Martinelli.

Apud Iacobum Maſcardum. M. DC. IX.

SVPERIORVM PERMISSV.



Imprimatur, Si videbitur R. P. M. Sacri Palatij Apoſtolici.

Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Thomas Pallauicinus Magiſter, & Socius Reuerendiſſimi P. Fr. Ludouici Yſtella Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri.

OPTIMO ET MAXIMO PRINCIPI PAVLO V. BEATISSIMO ET SANCTISSIMO PONTIFICI.

LIBRVM de tergemina Pontificis Maximi Corona, deq; ſanctiſſimorum Pedum exoſculãdorum more, à viro doctiſſimo ſcriptum, ac

Sixto Quinto inſcriptum ipſe meo ære imprimendum curaui, atque impreſſum edidi, venalemq. habui. Sexcenta eius exempla annis circiter viginti ferre ad vnum ſunt diſtracta. Quamobrem multorum, qui liberè conquererentur, quòd liber is minime proſtare in officinis, tabernisq. librarijs videretur, vocibus victus, iterum, vt mea impenſa excuderetur effeci. Excuſſum ad ſanctiſsimos pedes Beatitudinis veſtræ defero. Opus enim in quo de Pontificis Maximi Maieſtate, cultuq. agitur ad Pontificem Maximum non pertinere non poteſt. Illud præcipuum, quod Deus Coronis annorum Pontificatus veſtri benedixit. Tanta enim frugum vbertas, Annonæq. vilitas, vini,

oleique, ac rerum omnium copia
conſequuta eſt, vt Beatitudinis ve-
ſtræ ſanctiſſimis moribus, obſecra-
tionibusq. acceptum referatur.
Deus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ Beatitu-
dinem Veſtram quàm diutiſſime
conſulere, ac proſpicere dignetur.
Vale diu Pontifex Maxime atque
optime, & diu iterum atque iterum
Vale. Kal. Februar. M. DC. IX.

Sanctitati Veſtræ

Deuotiſsimus Seruus

Ioannes Martinellus.

ILLVSTRISSIMIS,

ET REVERENDISSIMIS DOMINIS

SCIPIONI BVRGHESIO.
IO. GARZIAE MILLINO.
MICHAELI ANGELO TONTO.
LANFRANCO MARGOTIO.
MAVRITIO EMANVELI A SABAVDIA.
FERDINANDO GONZAGAE, &
ALOYSIO CAPPONIO.

S. R. E. Cardinalibus, & Principibus Optimis, & Ampliſſimis, &c.

ET ſi opus de Pontificia Corona, ſeu Regno, vt appellant, quod eſt Eccleſiaſticæ Monarchiæ inſigne, deq. eius adoratione, Apo-

ſtolicisq. pedibus exoſculãdis Ioannes Martinellus Pater meus ſuis ſumptibus iterum excuſum ſanctiſſimo Domino Noſtro dedicauit, tamen non ab re conſilium cepiſſe videor, quod ipſe quoque à vobis Cardinalibus ampliſſimis gratiam inire eadẽ opera ſtudeam. Primum enim cum Eccleſiæ columina vos perhibeamini, Pontificiæ maieſtatis notitiam exactiſſimam habere vos oportet, qui pro ea tuenda fortiſſime pericula ſubituri eſtis. Deinde quod à PAVLO V. Pont. Max. in ſacrum Cardinalium Collegiũ cooptati eſtis, quæcunque de ſanctitatis ſuæ cultu, ornamẽtisq. conſcribuntur, ea vobis quàm iucundiſſima accidere neceſſe eſt. Poſtremò aliquod obſeruantiæ, pietatisq.

meæ argumẽtum erga vos Patronos clementiſſimos Patris mei extare, cum maxime cuperem, hanc oblatam occaſionem vltro arripui. Quamobrem vos quàm demiſiſſime oro, vt, quod officij cauſa ſuſceptum eſt à me, temeritati attribuendum minime putetis, ſed pro veſtra humanitate conatus meos æqui, boniq. conſulatis, meq. veteris clientis veſtri filium in veſtro ære eſſe benigne patiamini. Valete Optimi, & Ampliſſimi Cardinales mihi colendiſſimi. Kal. Februarij M. DC. IX.

Dominat. Illuſtriſs. Veſtrarum

Humillimus Seruus

Paulus Martinellus.

TRACTATVS DE TRIBVS CORONIS PONT. MAX.

CORONA QVID, A QVO inuenta, & quotuplex ſit. Cap. I.

NON ſolum ea eſt diffinitionis vtilitas, vt per ipſam quidditates rerum aperiamus; verum illa quoque, vt ſi principaliter in tractatione adhibeatur, maximū rei tractādæ lumen præbeat. Boet. in de diff. cap. 1. ob idq́ue Cicero dixit offic. 1. cap. 1. omnem, quæ de aliqua re à ratione ſuſcipitur inſtitutio, à diffinitione proficiſci debere. Congruè igitur, quid corona ſit, præ alijs inueſtigabimus: cętera deinde ad ipſam ſpectantia, quo. uſq́; ad primum inſtitutum deueniamus, non ſine ordine contemplabimur. Quoniam autem de ipſa tale nomen vniformiter nō pronunciatur, ideo diſtinguendum prius, poſtea definiendū remanet, ex Ariſt. regula. 1 Cæl. t. 110.

t. 110. & 2. Elenc. cap. 2. Duplex eſt igitur corona, naturalis, artificialisq́. ſimul, in nomine conuenientes; vt à choro per aſpirationis abolitionem vtraq́; ita dicatur. Cæl. Rodigi. Antiq. lect. lib. 6. cap. 19. licèt Feſtus à corona chorum potius deducat .i. à plurium, vel vnius rei in circulum complicatione, ſeu deductione quartam qualitatis ſpeciem concernente; ita vt iuxta nominis deſcriptionẽ non ſit aliud corona, quàm figura, vel forma in ſe ipſam circulariter reflectẽs. ex 5. Met. t. 19. Quartum verò ad quid rei, & ſpecialiter loquendo, nullã ipſarum diffinitionem inueni, niſi per cauſſas aſſignatam; quare naturalis ab Alb. Mag. de Paſſio. aer. cap. 121. ita terminatur: Eſt reflexio vaporis humidi in ſeipſum in aerem aſcendentis, ibiq́; multiplicati circa aſtrum aliquod non longè à terra. Artificialis verò ita à Platone in Timæo, Eſt orbicularis ex aliquo textura humani corporis, nobiliori parti vt imponatur. Vel, ſecundum glo. in cle. vni. de iure iuran. in ver. diade. Imo. & Paul. de Leaz. ibid. eſt circulus capitis de quolibet metallo. Tam in prima, quàm in ſecundis deſcriptionibus ponitur vna particula tanquam genus; nempe, ly, reflexio, & orbicularis textura, ſeu circulus: vbi de neceſſitate conueniunt, ſecus neutra

coro-

corona diceretur. Et licèt talis particula definitæ rei ſubſtratum non attingat ſubſtantialiter, nihilominus, ſi conſideretur corona vt ſic, eius eſſentia ingreditur; ita vt ſine ipſa conſtare non poſſit. ex Porph. cap. de diff. ibi: rebus .n. ex materia, & forma conſtantibus, &c. Nec vllum eſt abſurdum in huiuſmodi declarationibus id loco generis ponere, quod rei, quæ declaratur, de neceſſitate nomen imponi ab ipſius proprietate deſumptum. Aliæ particulæ differentiarũ vicem tenent, per quas prima diſtat à ſecundis; ibi. n. ponitur vapor humidus pro materia ex qua, .i. pro nube mediocriter, & æqualiter denſa: 1. Meteor. ſum. 3. cap. 1. & 3. ſi. n. rara nimis, vt in æſtate, vel denſa, vt in hyeme, eſſet; iam in ipſa talis figura non appareret, ſicut frequenter in vere, ac autunno apparet, vbi nubes medio modo ſe habent; vnde meritò additur ly, multiplicati, ac ſi diceretur, non rari. Concomitatur eandem materiam color quidam albus ex calore vndiq; circonfuſo, à frigido nihil patiente, & ex receptione in ſe radiorum corporum cæleſtiũ in ipſa cauſatus: id. Alb. 3. Meteo. tract. 4. cap. 2. Reliquæ particulæ ad locum deſignandum, vbi talis corona fieri ſolet, apponuntur; fit. n. in prima quaſi regione aëris, circa aliquod aſtrum; &

raró

rarò circa Solem. 3. Meteor. cap. 2. De materia artificialis latè loquutus fuit Plato aduertens non determinatum eſſe ſubiectum talis ornamenti. Alij verò determinatè quodammodo, dum dicũt: ex quolibet metallo; per hoc .n. diſtinguitur à diademate ex auro ſolum, & precioſis lapillis compoſito, à ſerto floribus, frõdibusve cõtexto, à naturali vlterius, & ab alijs ſi ex lapide, ligno, vel ex alia re fierent. Diſtinguuntur etiam in cauſis extrinſecis, licet per ſe .i. in agente, & fine; naturalis .n. agens eſt lumen aſtri, circa quod ipſa apparet, quod nubem illuminans, & per aerem quadam cum reflexione ad viſum noſtrum procedens, circa ipſum aſtrum talem in nube nobis coronam apparere facit. 3. Meteor. cap. 2. Huiuſmodi agẽs naturale eſt, ac neceſſariò agit, omnibus requiſitis concurrentibus, effectus determinatè producens; dũmodo nõ ſit ex parte materię diſpoſitionis variatio. 2. de Nat. ca. 2. & 8. Met. t. 14. At artificialis eſt agens à propoſito .i. per voluntatem, ſuppoſito lumine intellectus, quod ſaltem in elicitis licet impediri, cogi tamen nõ poteſt. Mag. cum Scolaſt. 2. ſ. d. 25. cap. 13. ex D. Aug. in de Grat. & lib. arbi. Quare poteſt quod vult, & quando vult. Alb. Mag. 3. Eth. tract. cap. 16. Quod vult, ſi naturale, na-

turæ viribus: ſi ſupernaturale, auxilio ſupernaturali. Et quando vult; lib. n. arbitrium in eligibilibus, reſpectu futuri, tempori non alligatur: reſpectu verò præſentis, vel præteriti, non niſi neceſſitate ſuppoſitionis. 1. Perih. cap. vlt. Non obſtat illud Ioa. 15. Sine me nihil poteſtis facere; ita .n. intelligi debet, ſine me .i. ſine gratia gratum faciente, cuius ego ſum auctor. Id. cap. 1. ibi: lex per Moyſen data eſt; gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: & ad Corinth. 3. ſufficientia noſtra ex Deo eſt: nihil, ſupple, meritorium poteſtis &c. Vel, ſine me. i. abſq; meo particulari auxilio, quod motio quædam eſt ſpecialis; nihil, &c. i. non valetis ad primam gratiam vos diſponere. D. Thom. cum communi. 1. p. q. 62. ar. 2. ad 3. & 1. 2. q. 109. ar. 6. Immo quaſi dicat, ſine me. i. me non permittente, cadere non valetis. ex D. Aug. in Enchir. cap. 95. ibi: nihil fit, niſi omnipotens velit illud fieri, vel ſinendo, vt fiat: vel ipſe faciendo. Vel ſine me. i. mea ſine quadam motione, & gratia particulari, reſpectu hominis, nihil, &c. i. nõ valetis omnia cõiunctim opera mortalia pręſtare; licet ſingula diſiunctim. D. Thom. 2. 2. q. 10. Vel, ſine me. i. ſaltem ſine meo generali influxu, nec opera naturalia exequi valetis; à Deo .n. cælum pendet, & natura. 12.

Met.

Met. 38. in conſeruando, & operando conce dunt omnes. 3. Ethic. Nicom. c. 9. & de Mun do. cap. 7. vbi legitur; Deus eſt in mundo, quod. i. quemadmodum in naui gubernator, in curru agitator, in choro præcantator, in ci uitate lex, & in exercitu dux. An in efficien do, dubitant nonnulli de intelligentijs, & cæ leſtibus corporibus ad mentem philoſophi; ſed videant 1. Cæl. t. 100. ibi: à primo ente communicatum eſt ſingulis eſſe, &c. & 12. Met. 5 & 6. nec non Auer. 1. cap. de Sub. or. vbi dicit, quòd agens eſt duplex, vnum tem pore, alterum quod natura præcedit effectū; vel naturale, & ſupernaturale. Licèt ergo res æternæ, ſecūdum Philoſophū, primo mō do efficiens non habeant, habent tamen ſe cundo modo. Idem ſentit Achilli. quoli. 2. in fine; & confir. quoniam cauſa efficiens cō ſeruantem cōprehendit. Philop. 1. de Gen. 29. Nec obſtat quod habetur 3. de Ani. com. 5. φ in æternis. ſ. nō eſt agens: & 12. Met. 18. ſi non eſſet potentia, non eſſet agens: vbiq. n. de naturali ſolum per veram tranſmutatio nem operante, & non de alio ſit ſermo. Non igitur neceſſitate aſtrictus, aut determinatè; ſed liberè diuerſis in temporibus, ex varijſ que rebus illam conficere poteſt, ob varios, atq; multiplices fines, vt videbimus infra.

Nec

Nec prior ſuo fine caret; nihil.n.eſt ſine cauſa. 2.Rhet.vel ocioſum in natura. 1.Phyſ.56. 1. Cæl.32. & 2. 50. Finis igitur eius eſt,vt in naturalibus futura quędã indicet; vnde ſi dẽſari videatur,pluuiã: ſi à vento diſſipari,ventum ipſum: ſi verò paulatim euaneſcere, ſerenitatem oſtendit. Alex. Aphrò. 1. Meteo. cap.18. Non eſt omittendum naturalem coronam abſolutè ſumptam in categoria ſubſtantiæ colſocari;artificialem verò in prædicamento habitus, eas inter ſpecies, quæ aliqua cum ſignificatione diuerſis corporis partibus applicantur; vt chirotecæ, ſandalia, anulus,&c. Verum eſt,quòd huius ſubiectũ, cum ſit mixtum,perfectum,cõſtans ex matẽria & forma ſubſtantiali; etiam in categoria ſubſtantiæ reponitur. Quare conuenit cum prima genere logico, non autẽ phyſico,quãtum ad hoc; ſicut perfectum nõ conuenit cũ imperfecto. 8.Phyſ.75.& 10.Met.26. Quòd autem naturalis mixtum ſit imperfectum,experientia docet; cito.n. diſſoluitur, & ferè tota aquea eſt.

De artificialis inuentore non idem omnes ſentiunt. Anto. Thyleſ.in de varijs coronarum generibus in prin. eam in Sicilia e floribus à Proſerpina primò contextam affirmat. Rauiſ. Text. tom. 2. de Inuent. à Glicera dicit

cit inuentam fuiſſe: à Iano Cytherius; & à Libero Plinius lib. 16. licèt Polid. Virg. lib. 2. de Inuent. & Ioſeph. lib. 3. & 8. Antiq. dicant Moſen, qui ſecundum Euſeb. 10. de Præpar. euang. multis ſæculis pręceſſit, Liberum fuiſſe coronarum inuentorem.

De eius verò multiplicitate ita diſtinguendum eſt, & methodicè procedendum. Eſt igitur duplex corona, Chriſti .ſ. & hominum: Chriſti quadruplex eſt. Prima dicitur carnea. Cãt. 3. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in corona, qua coronauit illum mater ſua. Secũda ſpinea. Ioa. 19. Exiuit ergo Ieſus portans ſpineam coronam. & Mar. 27. Imponentes capiti eius coronam. Tertia aurea, quę gloriæ dicitur etiã. Pſal. 8. Gloria, & honore coronaſti eum. Quarta, & vltima nubea. Apocalyp. 1. Vidi nubem candidam, & ſuper eam ſedentem ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam. Corona hominum ad rationum multiplicationem, ob quas coronantur, ipſa quoq; multiplicatur; quare ita dicendum arbitror, quòd omnes vel in via, vel in patria conſiderari poſſunt. Qui ſunt, ac erunt in patria, Beati ſcilicet, corona gloriæ coronantur. Iſai. 28. Erit Dominus corona gloriæ. Et rectè ita nuncupatur; cum illa ſit vera glo-

ra gloria, quæ obtenta nunquam perditur: poſſeſſa nõ minuitur: nec acquiſita deprimitur; immo eodem in ſtatu permanens immarceſſibiliter vigoratur. 1. Petri 5. Cum apparuerit Princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem æternæ gloriæ coronam. Dicitur & corona vitę; non.n.datur mortuis per peccatum; ſed per gratiam viuis: vel non illis, qui per mortẽ æternam pereunt; ijs vtique, qui perpetuò ſurſum viuunt. Apocal. 2. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Per quandam ſimilitudinem dicitur aliquando Aurea, vel Aureola. Eſt Aurea gaudium de Deo, communi victoriæ debitum: Aureola verò gaudium de operibus à ſe factis, excellentis victoriæ rationem habentibus. Palud. lib. 4. d. 41. Vel, Aurea præmium eſt ſubſtantiale, ideſt fundamentum totius noſtræ beatitudinis; Deus ſcilicet, quo perfectè habito, perficitur in nobis beatitudo; vel, eſſentiale, conſiſtẽs in clara viſione, atq; perfecta fruitione, abſque dubio amiſſionis. Eiuſmodi præmiũ incrementũ non recipit; cum ſemper ad idem obiectum increatũ terminetur. Rich. 4. ſol. diſ. 49. q. 8. ar. 2. vnde meritò dicitur Aurea, quaſi circulus caput ambiens, cui circulo communiter additio non fit eſſentialiter. 2. Cæl. t. 25. Aureo-

la, licet ſicut Aurea, ſit gaudium exiſtens in anima; dicitur tamen præmium accidentale; non quod animæ accidat; tunc enim Aurea quoq; accidentalis diceretur: ſed quoniam non eſt de ratione intrinſeca beatitudinis; da oppoſitum, & nullus abſq; ipſa beatus erit. Confir. per D. Aug. lib. 5. Confeſſ. dicentē: Beatus qui te ſcit, & loquitur de Deo, quoniam propter te ſolum beatus eſt. Vel, quoniam Auream, vti pediſſequa, comitatur quadam cum decentiæ & pulchritudinis redundantia in illa corporis parte, vbi fuit obtenta victoria; ad quam pulchritudinem, vti ad obiectum terminatur: quę cū ſit res creata, pręmio eſſentiali accidere dicitur; & ideo Aureola, quaſi parua Aurea nuncupatur. D. Bonau. 3. ſol. d. 33. q. 3. ar. 2. Non tribuitur hæc, per eoſdem, niſi Virginibus, Martyribus, atq; Doctoribus diuerſa ſub ratione, ac ſub nomine coronæ. Tribuitur primis ob nitorem puritatis, & florida. Iſai. 28. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis. Secundis propter conſtantiæ excellentiam, ac lapidea vel aurea, ſicut enim lapides ac aurum maximæ ſunt ſoliditatis, ita in tormentis fortiter ipſi perſtiterunt. Pſal. 20. Poſuiſti in capite eius coronā de lapide pretioſo. & Exo.

37. Veſtiuit eam auro puriſſimo, & fecit illi coronam auream. Poſtremis denique veritatis ſplendore. Apocalyp.6. Et ecce equus albus, ideſt veritas, & qui ſedebat ſuper illum, ideſt Doctor, qui ſedere debet ſuper veritate, ideſt, veram & perfectam ſcientiam habere. Beda, & Victori. ſuper illo Matt. 21. Tunc miſit duos diſcipulos. Talis autem corona ſtellea nuncupatur. Apocalyp. duodecimo: In capite eius corona duodecim ſtellarum. Aurea & ſi communiter ob deceſſum in gratia, vel propter benè geſta tribuitur; ſub ratione tamen coronæ quandam peculiariter videtur reſpicere virtutem, in qua viatores, quibus imponitur, iam præexcellebant. Prouerbiorum ſextodecimo: Corona in vijs iuſtitiæ reperitur. Ibid. duodecimo: Mulier diligens, ideſt charitas, eſt corona viro ſuo, ideſt ipſam poſſidenti. Eccleſ. vigeſimoquinto: Corona ſenum multa peritia, ideſt prudentia. Nunc de viatoribus, qui vel ratione virtutis, vel officij, aut propter dominium propriè coronari dicuntur. Virtus vel corporis, vel animi reperitur. Alber. Magn. 5. Ethicor. tract. 1. cap. 1. Illa corporis, vel eſt à natura, vt robur, & pulchritudo. Simpl. 7. Phyſ. 17. Et licet non ſint habitus ad operandum,

eſt, intellectualis, atq; moralis. 1. Eth. cap. 13.& 2.cap.1. Vtraq; per infuſionem, quod non cognouit Philoſophus, & per acquiſitionē haberi pōt. Infuſis pro nūc omiſſis, acquiſitę in prima qualitatis ſpecie reponūtur ſub habitu compreheñſę, qui eſt qualitas de difficili mobilis. in Pręd ic. cap. de quali. 8. Eth. Nicom. cap. 13. & Cic. Philip. 4. Vel, eſt id, quo benè, vel malè ad effectus nos habemus 2. Eth. Nicom. ca. 5. Et ſic virtus moralis, cū circa mores verſetur, ita nuncupata, eſt habitus acquiſitus laudabilis, iuuans animam ad operationes elicitas, vel imperatas laudabiliter exercendas. Gerſ. 4.p. deſcript. ter. ex Ariſt. de virt. c. 483. & reponitur in intellectu practico, cuius finis eſt actio. D. Thom. 7. Poli. lect. 2. Continet ſub ſe, vti partes ſubiectiuas, iuſtitiam, temperantiam, prudentiā, &c. ob quas, nō niſi concomitanter, alicui tributam eſſe coronam reperio .i. Beatis, duce gratia; viatoribus autem noua ſuperueniente dignitate, vt Dauidi contigit, ac Sauli. 1. Reg. 10.& 16. Cic. li. 1. offic. D. Aug. lib. 3. de Ciuit. Dei, &. l. penul. pręter alias. C. de his, quibus vt indignis. Habetur vtique ſacris in literis nonnullos corona, myſticè loquendo, malos ob mores priuatos fuiſſe. Iſai. 28. Væ coronę ſuperbiæ ebrijs Effraim. Item, pedi-

pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ. Ezech. 22. Propha. impie dux Iſrael, aufer Cydaſim, tolle coronam. Hiere. 5. Defecit gaudium noſtrum, verſus eſt in luctum chorus noſter; vę nobis, quia peccauimus: & Iob. 20. Expoliauit me gloria mea, abſtulit coronam de capite meo. Hæc autem corona pænitentiæ poteſt appellari; ſicut illa culpę, amentiæ, & laſciuiæ, de qua Sap. 2. Coronemus nos roſis antequam marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. & Horat. lib. 1. carm. Et ſcindit hęrentem coronam crinibus. Virtus intellectualis eſt habitus acquiſitus ex actibus adhæſiuis intellectus, inclinãs ipſum ad certam vel dubiam, veram vel falſam obiecti cognitionem. Gab. 3. ſol. d. 23. q. 2. ar. 3. dub. 4. ex Ariſt. 5. Met. t. 25. Habet has ſpecies, ſciẽtiam, ſapientiam, intellectum, fidem, opinionem, & ſuſpicionem. D. Thom. 1. 2. q. 53. ar. 1. licèt ſcientia & ſapientia ſub propria ſignificatione diſtinguantur; ita vt ad ſapientiam rerum æternarum intellectualis; ad ſcientiã verò rationalis temporalium pertineat cognitio. D. Aug. in lib. de Trin. plerunq; tamẽ cõfunduntur ex 1. Met. c. 2. & inter ipſas primum locũ doctrinales occupant, inter quas reales, vt Mathematicæ morales, quibus ius

ciuile

ciuile ſubalternatur, Metha. Medic. & Theologia ius canonicū complectens præcedunt: In huiuſmodi facultatibus ad excellētiæ gradū peruenientes recipiūt hodie coronæ loco quadrāgulare biretū, hac fortè ratione; quoniā illi anguli ſolis radios ſapiētiā figurātes repræsētāt. Ad inſinuādū ſecus quadruplicē ſensū ſacræ ſcripturæ aliarū omniū ſciētiarū mēſure, literalē nēpe, allegoricū, moralē, ſeu tropologicū, & anagogicū. Iac. de Val. tract. 1. c. 2. prol. ſuper pſ. & Gerſ. 1. par. ſerm. facti Cōſtātię in die s. Ant. Vel, ad excellētiā recipiētis tale prǣmiū oſtēdēdā; talis. n. figura ratione cōtinentiæ, perfectior eſt alijs. 7. Eud. dif. 21. necnō ratione ſimplicitatis, & prioritatis. 2. Cæl. t. 22. & 23. Presbyteri oēs idem gerūt biretū; qm̄ ſi dextri conuexū in concauum ſiniſtri anguli ponatur, D. Petri nauiculā effigiat, cui oēs inſeruiunt. Epiſcopi ſimiliter, & dn̄i Cardinales eminentiori modo; præſumuntur. n. Doctores eminentis ſciētię. c. 1. 86. diſt. Quare ab epi, ꝙ eſt ſuper, & ſcopin, ꝙ eſt intēdere. i. ſupra intēdentes, Epiſcopi nominātur; Brulef. 4. ſ. d. 25. q. 1. & Ang. in ver. Epiſc. allegans c. claros. d. 21. Cardinales verò iudices Orbis appellantur; quoniā domino Papæ aſſiſtentes, oēs alios iudicant. Turrecrem. lib. 1. Sum. Eccleſ. cap. 81. ergo maxi

mè ſcientes; iudicium enim ſcientiam ſuppo nit.3.Met.cap.1.& 1. Eth.cap.3.aliàs ceſſaret iudicium temerarium. D. Thom.2.2. q. 40.art.2.ex Matt.9.& 11. Inſuper, tale bire tum crucem repręſentat ſigno Thau olim figuratam, quam ipſi maximè colunt, ac gerũt purpurei, vel nigri coloris. Exo.12. & Ezech.9. Sequuntur deinde ſermocinales, triuia les alio nomine appellatæ; eò, quòd tribus tutiſſimis vijs in ſermonis cognitionem nos manuducant. Et quãuis omnium Grãmatica ſit fundamentum. Iſid.lib.1.Etym.cap.4. &. l.Grãmaticos.1.&2.C.de profeſſ.& med. li.10. Rhetorica poſtmodum rerum domina ſecundum veteres, ab Ennio flexamina nuncupata, pręter tex.in c.legimus.38.diſt.Logica demum, quæ regulam diſcernendi verum à falſo tradit. Alex. Aphrod.1. Top.ca.1.& ca. ſi quis artem. diſt. 37. ciuili viro propterea maximè conueniens. F. Patritius lib. 2. de Inſtitut.reipub.tit.5. nemo tamen in ipſis præcisè coronatur, ſed vtique ſuppoſitiuè, ſeu conſecutiuè; Doctorem enim magnis in facultatibus optimam artium ſupponitur habere cognitionem. Ars poetica delectabiliter loquendi pręcepta demonſtrans; olim prima philoſophia dicebatur; Beroal. in Enar. Luc. Habitus per ipsã acquiſitus poeſis nun-

cupa-

cupatur, multos alios, vt Rhet. & Gram. ſupponens, ſecundum Come. & Theophr. Propriè, & per ſe ſumpta Arithmeticę ſubalternatur, eamque poſſidentes Poetæ dicuntur, olim verò Theologi, per D. Auguſt. vt Orpheus, Muſeus, & alij, in maxima veneratione habiti, iuxta illud Ouidij.

Cura Ducum fuerant olim, Regumque Poetæ,
Præmiaque antiqui magna tulere chori.
Sanctaq; maieſtas; & erat venerabile nomen
Vatibus, & largæ ſæpe dabantur opes.

Hi, ſecundum Iſid. edera coronabantur in ſignum viuacis ingenij, cum edera ſemper vireat. Vel, apio, iuxta illud Virgil.

Floribus, atque apio crines ornatus amaro.

Cœperũt deinde lauro coronari, fortè, quia eſt Apollini dicata, quem carminis inuentorem prædicat Macrob. Sequitur ars Militaris magna profectò laude digna, vt habetur in c. Summa. in initio, & in fin. 33. q. 1. licet enim ſit quodammodo operatiua; reſpectu tamen libertatis, quam inducit, nobilis dici debet. Alb. Mag. de nat. & orig. Nat. tract. 1. cap. 1. Excellẽtes in ipſa maximis olim exornabantur præmijs; vnde, vel priuati, vel priuatorum ductores extiterant. Hi, vel triumphantes, vel ouantes victoriam reportabant. Primi lauro ab initio coronabantur

ad deſi-

ad deſignandum, quòd ab hoſtium violentijs ſuperari non valuerunt; ſicut inter omnes arbores illa ſola non fulminatur. Plin. lib. 15. cap.30. deinde auro ad ſplendorem rei geſtæ inſinuandũ. Secundi myrtea redimiebantur corona. Cic. in de lege Agra. in argumentũ, ꝙ cum myrtus ſit Veneri dicata, victoria ab ipſis obtẽta, venerea potius quàm Martia erat dicenda. Si quis priuatum ciuem in prælio ſeruaſſet, ciuica donabatur corona ex frõdibus quernis, ab Athenienſibus introducta. Valer. Max. lib. 2. ea fortè habita ratione, quòd, ſicut quercus primum præbuit mortalibus victum, vnde vita dependet. 2. de Ani. 46. ita conſeruans conſeruato ciui vitam prębebat. At ſi hoſtium muros ante alios ſubijſſet, muralem ab Imperatore recipiebat: vel caſtrenſem, ſi eorundem in caſtra primus irruiſſet: aut naualem, ſi nauem inimicam prætranſilijſſet, ex auro quibuſdam quaſi nauium roſtris intercisè conflatam. Polyd. vbi ſupra. Meminit Plin. lib. 20. de obſidionali ex gramine, illi attributa qui oppidum aliquod obſidione liberaſſet. Plurimi hæc fiebat ab antiquis, penes quos maximum erat victoriæ ſignum, ſi herbam victi è terra victoribus porrexiſſent. De gemmatis, ſpiceis Cereri conſtitutis; pampineis, quas Li-

ber

ber geſtare ſolebat, multiſq. de alijs videndi ſũt, vt breuitate vtar, Callimacus, Mneſteus, & Cic. li. 4. de Nat. Deor. Ratione officij multi etiã coronas gerunt; eſt aũt officiũ cõgruus cuiuſcũq; perſonę actus: vel eſt id, quod quiſque debet efficere pro ſuæ perſonæ conditione. D. Bonau. 4. ſ. d. 12. Hac de cauſa gerunt clerici ad modum coronæ in capite tonſurã, ad temporalium depoſitionem ſignificandã. 12. q. 1. Epiſcopi verò illis in lætitiæ diebus, vbi Gloria in excel. & Te Deum laudamus decantantur, aureũ circulũ gerunt in Mitra, anteriorem eius, ac poſteriorem partem complectentem, ob id, quod Scriba doctus in regno cælorũ oĩa proferre debet de theſauro ſuo, noua, & vetera. Duran. li. 3. Diu. off. c. 13

Poſtremò ratione Dñij iure optimo homines perſæpe coronãtur; dũmodo nõ ſumatur dñium largè .i. pro iure habendi, poſſidendi, fruendi, vtẽdi, ac diſponẽdi de aliqua re pro libito voluntatis; vel ſecundũ aliquem determinatũ modum à quadã ſuperioritate, vel auctoritate diffinitũ. ex Ariſt. 1. Polit. c. 4. & Alex. Aphrod. 1. de Ani. c. 21. Sed ſub eminentiori ſignificatione .i. pro iuriſdictione in ſubditos, cũ coertione circa tẽporalia, vel ſpiritualia. Ang. in ver. iuriſd. nu. 1. & Sotus lib. 4. de iuſt. & iur. quęſt. 3. artic. 1. concluſ. 3.

Talem

Talem qui ob rationem coronantur, aurea, vt plurimum, cinguntur corona, ea enim illud propriè deſignat. Lucas de Penna in.l. 4.C. de veſtib. olob. lib. 11. Hugo lib. 2. de ſacram. & Caſſanæ. 1.par. Catal.glor.mundi, concl. 2. Dicunt immò communiter Magos ab Oriente eandem ob rationem aurum obtuliſſe Domino noſtro. Matt. 2. tanquã Regi, cuius finis non erit. Eſai. 52. & Ioa. 12. Verum eſt, quòd differenter; vnde minores, vt Vicecomites, & qui Principes nũcupant, & Comites nullam in capite coronã gerere debent, ſed torquem tantummodo aureum ad collum ſuſpenſum habere. Maiores; vti Marchiones, Principes inſigniores, & Duces auro caput exornant cum hoc diſcrimine, vt Marchiones, & Principes gracilem auri laminam in ſerico bireto ſolũ habeant, & ſimplicem; Duces verò ſatis maiorem, ſed abſque gemmis, & paucis, atque minimis cum radijs. Supremi, veluti Reges ſimplices, Imperator, & Pontifex Max. magni ponderis, aureas, radiatas valdè, atque gemmatas gerere debent in capite coronas, prout gerunt, quamuis diuerſo numero, ordine, vel ſitu, vt infra videbitur.

Quare

Quare aureas, radiatas, atque gemmatas Principes ſupremi coronas gerant. Cap. I I.

COncluſum eſt ſuperius Dominium propriè retinentes coronis aureis quadã cum analogia propterea coronari: & quoniam oportet dicentẽ aliquod, non ſolum affirmare, ſed cauſam ipſius reddere. 8. Phyſ. t. 15. ideo, quare illud fiat, remanent inueſtigandæ rationes, cum primum fuerit comprobatum, etiam natura dictante, ornamentum eiuſmodi illis quodammodo deberi. Scribit igitur Alb. Mag. ſe vidiſſe Venetijs in ſciſſuris cuiuſdam magni marmoris caput Regis coronati: & Petrus Villa. in prouincia Narbon. grandines ſe perſpexiſſe teſtatur, vbi Epiſcoporum capita cum mitris apparebant. Colligitur clare Regales, Epiſcopaleſque coronas occultè hominibus per cauſas ſecũdas à Deo imponi; quare dicitur ad Rom. 13. Non eſt poteſtas, niſi à Deo. Et ideo fortè orbicularis fiunt formæ principio, fineque carentis; cũ ab eo proueniant, cui nullus eſt terminus cõſtitutus. Prima iam ratio à conſuetudine vim legis, & naturæ habente deſumitur. de

memor.& remini.cap.3.vbi habetur; conſuetudo eſt tãquam natura,&c.quæ conſuetudo à frequentatis exemplis colligitur; vnde. 1. Rhet.dicit Ariſt. cõſuetudine fiunt,quę ideo fiunt,quia ſæpe fecerunt, & Cic.li.4.ep.3.familia. ad Sulpitiũ; quod exẽplo, ideſt cõſuetudine, fit,id etiã iure fieri putant. Adeò poſt modum extat inueterata conſuetudo, vt ſupremi Principes aureis in ſignũ dominij vtantur coronis, vt nulla prorſus memoria in contrariũ habeatur, quod his exemplis apertiſſimè declaratur. Moſes vetuſtiſſimus, Phœnicibus, ac Perſis omiſſis, aureã ſibi coronã fecit Ioſeph.lib.3.& 8. Antiquit. Dauid regnãs ante omnes veteres ſcriptores in maieſtate Imperij aureã gẽmis ornatam coronã geſtauit. 2.Reg.c.12.Cyaxares Medorũ Rex,vt refert Zonaras tom.1.filiã cum aurea corona miſit ad Cyrum. Legitur etiam de quadam Regina Eſter.7. habẽte coronam aureã in capite: & 2.Paralip.23. quod eduxerunt Regis filiũ in nouum Regem electum, & impoſuerunt ei Diadema, ideſt auream coronam, precioſis munitam lapillis. Imperatores deinde Romani eiuſmodi capitis ornamento inter triumphandum cœperunt vti. Iuuen. ſat.10. Gentium poſtremò ſacerdotes,qui Prælati habebantur ab ipſis, aureas gerebãt coronas. He-

rodi.

rodi.lib.5. qui refert etiam, Antonium Cęſa. Summum ſacerdotem Nicomediæ ſacrificantem purpura, auroq́; redimitum diade ma perſæpe tuliſſe, quod ornamenti genus, vt in Baſilij Porphirogeniti vita legitur, Imperatores Conſtantinopolitani non contem pſere: Secunda ratio ex parte diuini mandati habetur, vt Exo. 28. Facient autem ſuper humerale de auro, hyacinto, & purpura: & laminam, ideſt coronam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris Sanctum Domi no: & 25. Deaurabis menſam auro puriſſimo, & facies ei coronam. Ferebat plerũque Pont. Max. eo tempore pro capitis ornamen to Thydarem, ideſt pileum quendam in acutum procedentẽ, & habentẽ circulum aureũ cum malogranatis, à quo ſupra frontem pendebat aurea lamina, quã petalum dicunt, ad modum dimidiæ lunæ, vbi ſcriptum erat, Sãctum nomen Domini. Beroal. in Apule. Accipitur tertia ratio ab aliorum auri vſuum ſimilitudine; vnde ſicut bibere in auro eſt honor conueniens dominium habentibus. 2. Eſdræ cap. & ferre torquem aureum, vel calcaria deaurata militum pręſidi conuenit, vt patet, ergo non ſecus arbitrandum eſt de ipſo reſpectu coronarum. Quarta depromitur à ſignificationibus ipſius auri; vnde refert

fert Pier. Valer. lib. 21. cap. de accipi. quòd antiqui vtebantur auro in ſignum prudentię quæ ipſis in Principibus maximè floret; & ideo auro caput ornarę debent, vbi talis virtus præcipuum inter alias locum habet. Significat preterea bonorum temporaliũ opulentiam. Iob. 3. Poſſident aurum, & replent domos ſuas argento. Synceritatem. Exo. 37. fecit candelabrũ de auro puriſſimo. Charitatem Apocalyp. 3. Suadeo tibi emere aurum, &c. Iuſtitiam. Eccl. 30. Salus animę in ſanctitate, &c. Sapientiam. Prouer. 20. eſt aurum, & multitudo gemmarum, &c. Affectuum tandem bonorum incorruptibilitatẽ. Eccl. 2. Quoniam igne probatur aurum, &c. quę omnes perfectiones in ipſis multò magis, quàm in alijs reperiuntur; quare caput auro meritò cingere debent. Quinta, & vltima à proportionibus, quę inter alias ipſorũ & auri perfectiones reperiuntur, extrahi poteſt, hoc ordine; vt confusè prius, diſtinctè poſtea de ipſis loquamur. Primo igitur, ſicut aurum nõ ſola hominum exiſtimatione, verum ipſa quoque rerum natura cætera inter metalla pręſtantius extat. D. Thom. 3. Meteo. digreſſ. de colori. lect. 9. alijs qui præſunt, non ſecus ipſis re ipſa pręſtant. 3. Polit. cap. 11. Immo fit, vt ſicut aurum ſecundum

Home.

Home.in Odyſſ. eſt Soli planetarum Princi-
pi dicatum; ita Supremi Principes Dij ſolẽt
appellari,non quidẽ eſſentialiter; vnus enim
ita Deus eſt, ſed dignificatiuè, vel poteſtati
uè. Reſpectu Regũ legitur de Moyſe Exo.
7. Ecce cõſtitui te Deum, ideſt Regem popu
li mei contra Pharaonem; reſpectu verò Prę
latorum, Exò. 12. & 22. Dijs non detrahas:
vel, offerat eum Dijs, ideſt Prælatis. Bonau.
1. ſol. d. 4. q. 3. & D. Hierony. ſcribens cui
dam Imperatori dicit, Conſtantinum Præla-
tos appellare Deos,& habetur 11. q. 1. Se-
cundò, ex argẽto facilius,quàm ex alijs me-
tallis fit aurum. Alb. Mag. 4.de miner. tract.
2.cap.6. ita Principes ex præſtantioribus eli
guntur hominibus, 5. Polit. cap. 10. Quod
admiratus Ecphantes dixit in lib.de Regno:
Diuinior autẽ inter homines Rex eſt, vt qui
multum ſupra communem naturam emineat
corpore reliquis non diſſimilis. Tertio, ha-
bet aurum cæteris metallis nobiliores opera
tiones D. Thom. vbi ſup. ſi enim contritum
ſumatur, cordis tremoribus maximè cõfert.
Alb. Mag. vbi ſup. cap. 7.& vitam prorogat,
ſecundum Medicos; non ſecus qui alijs pręſ-
ſunt,eos actionibus etiam antecellunt. 3. Po-
li. 11. ac ſolertia ſua timorem omnem illorũ
è cordibus expellunt. Addunt Prȩlati,vt ſa
C cramen-

cramenta nobis miniſtrantes, ali quo modo per gratiã, à Deo quæ principaliter infunditur, efficiant vitam ſpiritualem, quæ vera eſt vita, in æternum prorogari, iux. illud Ioa.6. Qui manducat hunc panem, viuet in æternũ. Diſtinctè modo, prima ſumitur ratio à luciditate; ſicut.n. non parua ineſt auro luciditas; quare ab aura, ideſt ſplendore aurum nuncupatur. Iſid.lib.16.cap.17. immo ſtellarum radij, Solis præſertim, qui fons lucis appellatur cum lumine proprio luceat. Alb. Mag.2. de Gen.tract.3. non niſi eo figurari poſſunt. Caſſan.1.p.Catal.glor.mun.concluſione 61. ita Domini ſplendore minimè carent; immo illud ipſorum dicitur commune præmium, vt gloriæ radijs maximè refulgeant. Cic.in lib. de repub. quem refert Patritius lib.9.de Regno, & regni inſtitutione, tit.9. Addunt Prelati, vt lux ipſa dicãtur. Matt.5. Vos eſtis lux mundi: non ſolum exemplis inreprehenſibilis vitę. ibid. Sic luceat lux veſtra, &c. ſed iuſtiſſimis etiam, ac ſalutaribus præceptis. Prouer.6. Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitę. Secunda à colore, qui eſt, ſecundum Ariſt. de ſenſ. & ſenſi. cap. 3. extremitas perſpicui in corpore determinato; ſecundum verò Platonem, vt refert Simplicius ſecundo de Ani. t. 60. eſt lumen quod-

dam.

dam. Crederem, ni fallor, inter ipſos concordiam ita ſtatui poſſe, vt lumen ſit ratio formalis, qua color fit actu viſibilis ex parte medij. 2. de Ani. t. 73. ſuperficies verò corporis terminati ſit eſſe materiale ipſius coloris. Alb. Mag. eod. lib. trac. 3. cap. 7. & in ſumma de homine, in q. de ſubſtantia coloris. Vel, & fortè clarius, colores aliquando fiunt ex accidenti, nec ſunt permanentes, vt eſt color iridis. 3. Meteo. c. 4. & ibi lumen receptum à diaphaneitate, & opacatum à nube eſt forma, & ſubſtantia coloris; at diaphaneitas nubis, & opacitas ſe habēt loco materię. Plerunq; veri ſunt ac permanentes, eadem habentes principia, ita vt lux quædam interna procedēs ex partibus igneis ipſius miſti gerat vicem formæ; ſed diaphaneitas aeris; & aquæ cum opacitate terræ in eodem miſto, vbi prædicta lux recipitur, materiæ locum habent. Habet ſub ſe color multas ſpecies, è quibus duo tantum ſunt colores ſimplices, nempe albus & niger; vel quia ſequuntur elementa. Ariſt. de color. capit. primo, vel quoniam carent omni alio colore; immo omnium aliorum ſunt fundamenta, & principia componentia. leg. 3. C. de veſtibus olobr. libr. 11. qui verò ex ipſis componuntur miſti, ſeu medij vocantur. poſt prædic. cap. de

oppoſit.& 1. Phyſ.t.43.& licèt multi, ac varij ſint propter multiplicem, ac variam ipſorum miſtionem, in de ſenſ.& ſenſ. cap.3.nõ omnes tamen ſunt delectabiles.eod.cap. De his igitur, qui delectabiles ſunt,inter delectabiles de præſtantioribus, & inter præſtantiores de ijs ſolummodo, qui in inſignibus Domini mei reponuntur,ſuis cum ſignificationibus tractare intendo. Inter oẽs colores quinque ſunt cæteris præſtantiores, atque iucundiores: albus inter ſimplices, qui ſecundum Auer. in paraph. de ſenſ. & ſenſ.fit ex admiſtione ignis clari cũ aere. Hic diẽ repræſentat. Bar. de inſign.& arm.col.4.nu.26.Confunditur cum argenteo, & candido ex Ouidio in epiſt. Leander Heroni, ibi:

Hanc ego ſuſpiciens, faueas ò candida dixi,

Deinde;

Quanto cum radijs fulges argentea puris.

Oculos maximè delectat, ac Lunæ tribuitur per ea, quę ſupra; immo propterea aquam, & margaritas repræſentat; aquę enim & aquatilium omnium Dea olim Luna diceba-tur, cum magnum ibi dominium retineat. Alb. Mag.de proprieta.element.lib.1. tract. 2.c.4. Denotat ferentis ipſum ſuis in inſignibus maximam eloquentiam.c. legimus. ver. legitur.37.diſt.integritatem inſuper. Tyleſ.

de

de color.cap.4.atque puritatem animi.Pſal. 50. Aſperges me domine hyſſopo,& mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Rationem arbitror,quoniam albus color, vt dictum eſt, ab omnibus alijs ſegregatur, & non è contra. Spem deinde cum innocentia Luc.11. Veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix. Victoriam, Apocalyp.3. Qui vicerit ſic veſtietur veſtimẽtis albis:& 7. Qui erant amicti ſtolis albis venerunt triumphantes de tribulatione magna. Si montes alti eo figurentur, ſupremam cum quiete prælationem ſignificat,vt Iſa. 2. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini ſuper verticem montium, & fluent ad eum omnes gentes:& Apocalyp. 21. Ciuitas Sancta habet murum magnum,& altum;ideſt in Mõte Alto fundamenta ſua tenet. Inter miſtos colores, viridis non infimus certè, ſicut alij, ex albi, ac nigri miſtione generatur. Ariſt. de color. cap. 2. licèt ipſe ſit albo vicinior, quàm nigro. Eſt proprius herbarum, & arborum,habens cum ſmaragdo proportionem; lætitiam inſuper, ac iuuentutem inſinuans;& inter virtutes, amorem, honorem, ſpem, & amicabilitatem. Eo,tempore Iulij Cęſ. Alexia Vrbs Galliæ præclariſſima vtebatur in campo ſuorũ armorum, vbi erat bos aureus

exiens de nube argentea. Caſſ. 1, par. concl. 67. Concoquitur aliquando in fructibus, & miſtus ex croceo, ac rubicundo euadit; vt in pyro, multa denotans, ſed cordis præcipuè maximam cum lætitia quietem, vnde ipſum quomodocunq; ſuis in inſignibus quis gerat, ſe ad ſui optati finem perueniſſe clarè oſtendit. Sequitur cæruleus, quaſi cæluleus. Ant. Tyleſ. de colori. cap. 1. vnde cælum ipſum cærulea templa Ennius nuncupauit. Vulgo dicitur azureus; quomodo autem fiat auctores non dicunt; crederem tamen ipſe optima ex aeris, atq; aquæ commiſtione illum reſultare minimo de terreſtri concurrente. Correſpondet Ioui inter planetas, aeri inter elementa, & ſapphiro inter precioſos lapides. Denotat eiuſdē ferentis iuſtitiam, caſtitatem, humilitatem, ſanctitatem, deuotionem, ac puritatem. G. Benedic. in ſua repeti. cap. Raynut. in ver. duas habens filias: & Ioan. Ludou. Viuald. in de laudibus liliorum Francię. Inuenitur etiam ruber, habēs multum de igne. Ariſt. de colori. cap. 2. vnde ipſi correſpōdet inter elementa, ſicut Marti inter planetas. Bart. cita. loco numero 5. & leoni inter animalia præſtantiſſimo, cuius generoſitatem, ſagacitatem, & fortitudinem nullus ignorat & Diuinis in literis pro fidelium patre accipitur.

pitur. Maurit. in ſuo Lexicon in ver. Leo: immo pro ipſo Chriſto; Apocalyp. 5. Ecce vicit Leo de tribu Iuda. Cum carbunculo deniq; & denotat eiuſdem gerentis ingenij ſublimitatem, virilitatem, charitatem, liberalitatem, & abundantiam per eoſdem citato loco. Subalternat ſibi multas ſpecies, ſanguineum ſcilicet fuluum, flauum, rubidum, rutilum, rubicundum, & purpureum. Gel. lib. 1. Fit mentio de ipſo, ſicut de albo, & aureo. Cant. 4. Dilectus meus candidus, & rubicundus; caput eius aurum optimum. Eſt certè color aureus omnibus ſimpliciter præſtantior; ille preſertim, qui leonis pelli ſimilis eſt & fuluus, viridi ac rufi adęquata miſtione, nuncupatur; vnde iucundiſſimus à Tullio meritò dicitur, & veſtes nulli ſub ipſo, præter Principes ſupremos, ferre licet. l. 2. C. de veſtib. olob. & aura. libr. 11. Soli dicatus eſt, topatioq; aſſimilatur, diuitias ſignificanti, fidem, ſapientiam circa res diuinas, fidelitatem, & dominium. Cæl. lib. quarto antiqu. lectio. cap. 24. Sicut igitur præcipuus eſt color auri, vt dictum eſt, ita qui regunt alios ab ipſorum præſtanti complexione atq; educatione emanantem, de Ioue vti ferunt, ſuauiſſimum, atq; iucundiſſimũ gerunt in ore colorem. De Prælatis inter alios

Apoſtolorum retinentibus locum, legatur, quãtum ad hoc, Tren.4.& 6.& D. Greg.32. moral.23. Tertia ratio ſumitur à põdere eiuſdem auri, necnon à ſoliditate,& complexione; eſt enim ipſum omnibus alijs metallis põderoſius, maximam habens adiunctam ſoliditatem; quod inde prouenit, quoniam habet humidũ cum ſicco terreſtri optime digeſtum:ſuperueniente ſulphuris optima,& arg. viui miſtione, præſtantiſſima redditur eius complexio. Alb. Mag.3. Minera.cap.5. Grauiter è contra Pręſides incedunt, nedum corpore, ſed animi etiam cogitationibus. Ariſt. Phiſiog. cap.10. non enim coiectant.6. Eth. Nicom.cap.9.ideſt, non celeriter decernunt; ſed iam decreta,ob plenitudinem poteſtatis, exequutioni celeriter tradunt. ibid. Eorundem conſilia, ingenij ſublimitate,atque quotidiano rerum experimento,ſolidiſſima ſemper inueniũtur.2.de Plan.cap.1. Et ſicut alios ipſi præſtant ingenio, ita quoque nobilitatis complexione,ex 2.de Ani.t.94. Quarta à ſono,& puritate: nihil impurum habet aurum admiſtum. D. Thom.vbi ſup. vnde, cæteris ſuppoſitis, de quibus iam, ſuauiſſimus de neceſſitate oritur ſonus. Superiorum ſimiliter vox ſuauiſſima eſt. ad Tit.2. & Gerſ. par.2.in ſerm. facto. in Concil. Remen. Carent

rent etiã omni præ cæteris ferè macula. Quinta, & vltima ratio ſumitur ab incorruptibilitate, atque ductibilitate: ſolum aurum inter metalla, ſi ponatur in ignem, licèt liqueſiat; non tamen corrumpitur, imo perficitur. 3. Meteor. cap. 6. Habet vlterius maximam ductibilitatem; quare facillimè in laminas, vel fila deducitur. Alb. Mag. 3. de Miner. tract. 2. cap. 2. Superiorum mitis, Prælatorum præcipuè voluntas ab effectibus incorruptibilis remanet. Eccl. 2. & Ariſt. 5. Poli. de Rege ita loquitur: Regnum ab ijs quæ ſunt extra; minimè corrumpitur, ſed ab ijs, quæ intra quod per illud Domini confir. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.

Circa ſecundum principale, naturæ primo diſpoſitionem contemplabimur: vocis ſecundo ſignificationem. Quantum ad primum, refert Alb. Mag. 7. de Ani. tract. 2. c. 5. quòd baſiliſcus rex ſerpentum, eſt guttis albis coronatus, hyacintique coloris; quare latinè Regulus appellatur. Teſtatur etiam pro veritate Ambroſius Pareus, in mare inſulæ Hiſpanicæ noui orbis quendã eſſe piſcem, Aloe dictum, habentem in capite coronã per quoſdam carneos, acutoſque monticulos deſignatam, quorum in medio cæteris qnidam eminentior extat, vt pirũ coronatum conſpicientibus

tibus appareat; nec mirum, cum in tam vaſto mari ipſum vti Regem omnes piſces inſequantur: Præter id, quod narrat Plin. lib. 10. cap. 29. de Vpupa, in quam, vt fabulantur Ouid. lib. 6. Met. Mart. lib. 14. & Seruius ſuper illo Virgil. Aut, vt mutatos, & c. conuerſus fuit Tereus Thracum Rex, quilibet optimè nouit ex plumis ipſam radiatam quodammodo coronam in capite habere. Nec eſt, qui neſciat Solem planetarum Regem radiatum figurari; ſicut leonem quadrupedum dominum iubatum, ideſt velleribu, tanquam in radios diſtributis ornatum. Conſpicimus deniq; omnes gallũ gallinaceũ vt multa alia relinquã exempla, cum ſit auis maximè pugnãs, & de victoria gloriosè triũphans, criſtatum caput coronę inſtar à natura retinere. Non parua nec pauca poſsẽ de ipſo recẽſere; pro nũc tamẽ ſufficiat; verũ non eſſe inter eũ & leonem inimicitias eſſe, ſicut neq; minus ex ipſo baſiliſcũ generari. Alb. Mag. de animal. lib. 23. c. 24. contra Plin. lib. 8. cap. 16. & Pier. Vale. in Hierogly. Quantũ ad ſecundum, radius, vt inquit Gab. 1. d. 30. q. 4. ar. 2. ſplendorem denotat; nec non ſapiẽtum acumina. D. Greg. 34. moral. 7. atque ſanctitatem. D. Hierony. ſuper Iob. 41. & aliquando cum ipſa Regia corona cõfunditur.

Habe-

Habetur ex Virgi. vbi quot radij debeant eſſe in regia corona, ita declarat.

Quadriiugo vehitur curru Rex, cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt:

Necnõ cũ cornu; vnde Moſes cornuta pingitur facie, quod non pauca ſignificat. Primo fortitudinẽ, ſicut ipſamet corona; adagiũ.n. erat: putabã cornua te habere.i. fortẽ eſſe: & dialectici dilẽma cornutũ.i. forte vocant argumẽtũ, eo quòd hinc inde reſpõdẽtẽ feriat. De corona autẽ in tali ſignificatione legitur apud Anacreontẽ, nũc diſſipatę ſunt coronę ab oppido.i. remoti ſunt muri, & per conſequẽs fortitudo, Vel, alibi: Vrbis at iam iã pe rijt corona. Sumitur aliquando pro ipſo regno. 1. Reg. 2. Exaltabit cornu Chriſti ſui: & pro Eccl. Prȩlatis. Ezech, 29. In die illa pullulabit cornu domus Iſrael. Multas inſuper virtutes ſignificat, benignitatẽ prȩcipuè, largitatẽ, & hilaritatẽ; vt paſſim colligitur ex antiquis nũmis Hadriani, Sep. Gȩtæ Cȩſ. Marciæ Otacillȩ, & Fauſtinæ. Has igitur ob cauſas ſupremi Principes radiatas gerunt coronas; fortes.n. in ſuorũ tutelã eſſe debent, benigni ac liberales in eoſdẽ, virtutũ ac ſapiẽtiæ ſplendore maximè refulgentes. Vetuſtiſſimo comprobatur vſu; Apollineo enim in capite corona olim ex 12. precioſis, & acutis lapillis

impo-

imponebatur, & omnes Regum ſtatuæ ita figurabantur, vt refert Pieri. Valeria. lib. 41. in ver. Corona.

Circa vltimũ principale non multum hic immorabor; in communi enim ſolummodo verba faciam, alibi fortè magis appropriatè. Primo igitur, ſicut nõ ex qualitatũ inæqualitate, ſed ex ſua ſolũmodo voluntate indidit Deus virtutẽ gemmis agendi mirabilẽ; ita ſublimes Principes, alijs nõ omiſſis, à mero eiuſdem arbitrio omnia ritè, ac ſuauiter diſponẽte, dominium retinent. D. Hierony. ſuper Hierem. & Beda. in lib. de nat. rerum. Perſpicimus in gemmis, præter maximam ſoliditatẽ, hæc tria ſimul iuncta, luciditatem, diaphaneitatem, & colorem; ſed ingens eſt etiam Principum conſtantia, claritas, & ſplendor; immo Pont. Max. Soli prę cęteris aſſimilatur. Vgo Card. ſuper. Gen. ca. 1. ibi: Fecit Deus duo luminaria, &c. Intellectui, ſecundum alios, qui cæteras animi potentias, vt ille cunctos homines illuminat atque dirigit: & ſicut nullam in lapidibus illa tria ſimul compoſitionem importare videntur; ita Sum. Pont. eum repræſentat in terris, Deum .ſ. qui nullam admittit compoſitionem. Denotant communiter tandem, vt ſentiunt omnes, virtutes ſingulas, omnia merita; feruentem in primis charitatem,

tatem, dulcem pietatem, cordis humilitatem piam benignitatem, longam permanentiam, & Dei reuerentiam; quæ ſi quis mente ſana inſpiciat, congruentius nulli quàm Pontifici Max. omnium Domino conueniunt.

Quare ſacratiſſimum Pont. Max. caput triplici in eadem mitra diademate coronetur. Cap. III.

Vlgatiſſimum eſt dictum ex Ariſt. 2. Phyſ. t. 22. Ars imitatur naturam, &c. triplicem ſenſum generans. Primum effectus artificiales naturalibus ſunt ſimiles, ſiue illi præexiſtant, ſeu preexiſtere debeant. Secundū, forma rei artificialis eſt ſimilis formæ rei naturalis: & vterque de illis artibus verificatur quę naturę ſimæ dicuntur, atque circa res factas verſantur. Tertium, agens artificiale in modo operandi agens naturale imitatur, quę imitatio in duobus poſita eſt; ſicut enim poſtremum producit effectum in forma ſpecifica ſibi ſimilem: ita primum, prout in mente concepit, rem producit ad extra. Sicut vltimū inſuper ab imperfectis ad perfecta procedit, non ſecus aliud tranſire conatur, &

quod principaliter intendit, vltimò ponit in actu. cod.lib.t.ſequ. Nemo igitur mirari debet, ſi, quod principaliter mihi propoſui pertractandum, in hoc vltimum caput reiecerim. Concluſum fuit ſuperius, vt rem ipſam aliquando aggrediar, ſupremos Principes meritò Diademate coronari; at quoniam nō eodem modo omnes, nec eodem ſub reſpectu illud gerūt, ideò rationes diuerſitatis remanent inueſtigandę. Quare Reges ita ſimpliciter nuncupati, cum Imperator etiā, præcipuè ante coronationem, Rex appelletur. poſt tex.in.c.venerabilem, de elec. Alua.in c. 1. qui dicatur Dux. Immo & Pont.Max. Regem ſe poſſet appellare, ſi placeret. ca. alius. 15.q.6.& c.ſolitę. de maio.& obe.preter Petrum de Palud.in tract. de Poteſt.eccleſ.non placet tamē ſe ita nominare, nec ab alijs appellari ratione humilitatis. Matt.11.Diſcite à me, quia mitis ſū,& humilis corde: & Luc. 22. Qui maior eſt veſtrū fiat ſicut minor. Vel, ad oſtendendū Principū diuerſitatē, ſicut in poteſtate, ita in nominibus poſitā eſſe. Alua. in de Poteſt.eccl. vnico vtuntur in ſignū dñij Diademate. Herod.lib.5. Et licèt legatur de Federico, ſub tali nomine primo, ꝙ quinque coronas habuerit,& aureas; nō ſimul tamen, nec eodē in loco illas geſſit, ſed apud diuer-

ſos

ſos pro regnis diuerſis. Habetur etiã Noruegiæ regẽ tres aureas habere coronas; non tamen in capite, ſed in ſcuto ſuorũ inſigniũ. Imperator, ita poſt coronationẽ propriè nuncupatus, glo. in c. vlt. li. 6. de reg. iur. in ver. Pontificatus. & ſi tribus coronatur coronis; non omnibus tñ aureis, nec ſimul iũctis, aut eodẽ in loco, ob diuerſas rationes. Primã. n. recipit in Aquiſgrano ab illius Epiſcopo, ac ferreã ad fortitudinẽ oſtendendã; quoniã infideles vincere, & rebelles cõculcare debet. Secundã in Italię ingreſſu à Mediolanẽſi Archiep. & argenteã, munditiã claritatẽq. eius oſtentantẽ. Tertiam deniq; à Pont. Max. Romæ in Ecc. D. Petri ad altare S. Mauritij, aureãq; in argumentũ dominij temporalis, quod ab eo recipit, ita poſt alios, quos ipſe refert Reſtaurus Caſtaldus in tract. de Imperat. q. 33. nu. 7 sũmus verò Pont. ſicut cęteris Principib. maior exiſtit, ita eminentiori modo coronatur. Vtitur Diademate in mitra, eo quòd in ipſo temporalis cum ſpirituali eſt coniuncta poteſtas; ſicut enim corona temporale dominium oſtendit, per ea, quæ ſup. ita Mitra ſpirituale. Ratio. diui. offic. lib. 3. cap. 13. num. 8. Numero tamen ternario, per ea, quæ infra; licèt nonnulli dicant ex veteri ſola conſuetudine ita eum coronari, non aduertẽtes,

quòd

quòd conſuetudo, per Ariſt. eſt rationabilis imitatio,& ob id valida eſt,quia naturæ inſidet.2. Mag.moral.cap.7. Neque conſiderãtes multò plures, maioreſq́ue rationes eſſe, quare Pont. Max. ita coronetur ijs,ob quas nonnullis, vt dicetur,multa tribuuntur. Anulus in primis, licèt ad ornatũ eo multi abutantur, fidem repræſentat, ex Cic. ad Qu. Fratrem, eoq́ue propterea geritur in digito, qui minimo læuę proximior eſt: & unicus,cũ vnica ſit fides in corde radicata, vnde ad dictum digitum procedit quidam neruiculus. Gell. lib. 10. ca.10. Et licèt dicat Galenus, 6.de vſu par. cap. 18. nullum neruum apparere in corde; non eſt nihilominus dicendum aliquam neruorum partem nõ venire ad cor. Alb. Mag. 1. de Motu ani. tract. 2.cap.3.& Matt. Curtius Papienſis cap.33.in Mundini anato. Secundo, palmæ ramuſculus Sanctis tribuitur Martyribus in conſtantiæ ſignum, eo quòd ponderi nũquam ſuccumbat arbor illa. Tertio, datur Armilla Regi ad bonam operationem, ſicut gladius ad vindictam ſignificandam.30. q. 5. 96. diſt. c.Conſtantinus: ſceptrum inſuper in dominij firmitatis argumentum, quod quercu propterea conficiebatur olim.Apollod.lib.3.de Dijs.Quarto, gerunt Epiſc. particularibus qui præſunt

Eccl.

Eccl. illis in lætitiæ diebus, quando Gloria in excelſis, & Te Deũ laudamus decãtantur, circulum quendam aureum, vtranq; mitræ partem complectentem; propterea, vt ſcriba doctus in regno cælorum omnia proferre debeat de theſauro ſuo noua, & vetera. Mat. 13. Quinto & vltimo, ne ſingula referam exẽpla, Pontifex Max. paſtorali non vtitur, literaliter loquendo, niſi fortè trãſiens per Eccl. Treueren. ext. de ſac. vnc. cap. vnico; ibi enim maxima cum veneratione ſeruatur baculus paſtoralis Diui Petri, quem miſit ad Eucharium epiſ. illius Eccleſ. ita Innoc. in Speculo Eccl. Miſticè verò vtiq; : eſt enim paſtoralis in ſummitate curuus, ad attrahendum quaſi ordinatus; ita vt Pontifex Max. omnes deuiantes, errores purgando ad ſe trahere debeat. Felinus in rub. de conſtit. col. 2. verſ. benefacit. In reliquo autem rectus eſt, ob iudicij rectitudinem; Pont. enim Max. ſui rectitudine iudicij omnes alios dirigit, ex pſal. 22. & eo, ſicut Mercurius caduceo, inter cæteros Principes pacem ſtatuit. Vuolfang. Lazi. lib. 2. cap. 3. comm. Reip. Rom. dicit Pontificem Romanum ita coronari, quia Italiæ, Illyrię, & Africæ dicitur immediatè Præfectus. Nõnulli propterea melius rem intuentes, dixerunt Pontificem Max. vti Regno, vel

Tiara, vt inquit Alb. Caſtellanus in ſuo Pontificali, quoniam eſt Patriarcha, Prætor, & Præfectus. Ceſar tamen Coſta Maceratenſis vir quidem doctiſſimus, propius accedēs lib. 1. variarum ambiguitatum cap. 1. propoſitæ rei hanc reddit rationem; quia ſ. Imperium Christi tribus floret in linguis, Hebraica, Græca, & Latina. Solidatur per Chryſoſt. ſuper Ioann. 19. dicentem, ideo Sanctiſſimæ Crucis inſcriptionem tribus his linguis fuiſſe explicatam. Nouam hanc addit rationem; quoniam. ſ. Pontifex Max. vnam ex illis coronis gerit vti ſummus Sacerdos; aliā vti dono acceptā à Conſtantino, in quo ſubſcribitur ei Innoc. 3. ſer. 1. de Beato Syluestro: vltimam vti traditam à Clodoueo Frācorum Rege, quod ſequitur etiā Anaſtaſius bibliotecarius Romani Pontificis. At multo plures, ni fallor, & fortè validiores valent excogitari rationes; & licèt grauiſſima ſit res de qua agitur, ne aliqua tamen ratio me effugiſſe videatur, ex remotiſſimis etiam deducā exempla. Prima igitur ratio ex Aegyptiorū monumentis deſumi poteſt, vbi, vt legitur apud Pier. Valeria. li. 41. ad verbum anulus, cernitur quędam mulier caput habēs tribus Regijs coronis inſignitum, vt filiā, vxorem, & matrē Regis repræſentet. Summus Pont.

Eccl.

Eccl. ſanctæ præeſt, quę eius filia itidē, vxor, & mater dici poteſt; & ideo tribus ipſe coronis coronari debet. Dicitur ſi quidem filia, quoniam Pontifex Max. ratione prælationis & auctoritatis, qua vt gubernator præeſt ipſi Eccl. eius pater dici debet. D. Bernar. ad Ciuitatem Piſanam, vbi dicit, loquendo de Innoc. Papa, ora tuum, & vniuerſitatis ideſt vniuerſalis Eccl. patrem. Dicitur mater deinde; quoniam cum Pontifex Max. ſicut cæteri fideles ſit per baptiſmū regeneratus, & in Eccl. gremio ſalutem obtineat, merito eius filius dici debet. Nec implicat eiuſdem patrem, ac filium dici, cum diuerſo ſub reſpectu contingat; ſicut per idem non implicat Chriſtum Beatiſſimæ Virginis filium ſimul, & patrem appellari; vel epiſcopum, illius mulieris dici patrem, de qua natus eſt. Dicitur poſtremo vxor, & ipſe ſponſus appellatur, quod ita probatur. Quilibet Prelatus dicitur ſponſus Eccl. ſuę particularis. c. ſicut alterius vxor. 7. q. 1. vbi dicit B. Calliſt. vxor epiſcopi eius Eccl. dicitur, in cuius ſignum anulum portat; ergo à fortiori, Pontifex Max. vniuerſalis Eccl. ſponſus dici debet. Confir. per c. Eccl. meæ. d. 97. & c. quoniam. ext. de immu. Eccl. lib. 7. vbi dicit Papa: Nos iuſtitiam noſtram, & Eccl. ſponſæ noſtræ negligere nolētes, &c.

Secunda ratio ab illis elicitur, quę ſub ternario numero Eccl. Sanctę tribuuntur; dicitur enim alicubi, cælum, terra, & ager: alibi hortus, fons, & puteus: nonnullibi, nauis, domus, & ciuitas: ſicut ſagena, templum, tabernaculum, regina, & amica, ſororque Chriſti: Conſtat deinde Pontificem Max. eius eſſe caput; dicitur .n. Ioa. 1. de Diuo Petro ac eius ſucceſſoribus: Tu vocaberis Cephas .i. caput, ſupple Eccleſię meæ; ita S. Anacletus in c. in nouo diſt. 21. & Iſid. 7. Ethim. cap. 4. inquit, quòd cephalim, Græca vel Syra lingua idem prorſus ſonat, quod caput penes nos; & ideo tribus coronis debet coniūctim inſigniri. Videantur ad hoc D. Aug. inter alios, ſuper pſal. 121. & D. Ambr. ſuper pſal. Beati immaculati in via. Addit Iacob. de Valent. ſuper pſal. 33. quod Eccl. militans tria habet atria, ideſt fidem, ſpem, & charitatē: vel tres ſtatus, in primo ſunt incipientes, in ſecundo proficientes, & in tertio perfecti. Dicitur militans contra tria, carnem ſcilicet diabolum, & mundum, ſemper vna, ſancta, & catholica exiſtens: habens ſub ſe Lunā .i. rerū mundialium inſtabilitatem, terrenam opulentiam, & mundi fallacitatem: amicta Sole, ex Apocalyp. 12. ſecundū gloſ. ordina. & Dionyſ. Carthuſia. i. gratia, ſecuritate, & veritate per

Chri-

Chriſtum, qui verus eſt Sol, mirabiliter exor nata; quare iterũ eodem modo coronari debet. Tertia ratio ex quadam præeminentia ipſius Eccl. habetur; nec non ex quadam ſimilitudine inter ipſam & Lunam; eſt enim Luna cæli Regina, ſecundum Hieremi. & refert Rodigi. lib. 1. ca. 19. tribus inſignita coronis, prout motus illius vertiginoſus maximam nobis indicat poteſtatem, lux ſapientiam, & color ſuauiſſimum amorem. Quid autem Eccleſia potentius, lucidius, atque ſuauius? vnde triplici ratione ipſa quoq; Regina nuncupatur. Pſal. 44. Aſtitit Regina à dextris tuis. Primo, quia coniux Chriſti eſt, in cuius femore ſcriptum habetur, Rex Regum, & Dominus dominantium. Apocalyp. 19. & coniux radijs mariti coruſcat. l. feminæ. ff. de ſenato. in auth. de conſuli. §. hæc itaq; colla. 4. & l. fin. in princ. C. de incolis. li. 10. Secundo quoniam prę eſſe nouit, ſecundũ D. Greg. & rectè ac ſanctè regere, vnde per Iſid. Reges nominantur. Tertio, ratione prælationis. gl. ſuper pſal. 44. & D. Aug. ibid. Immo Regnũ ipſum appellatur. Iſai. 9. Super ſolium Dauid, & Regnum eius. i. Eccl. ſecundum glo. quod regnum eſt à Deo immediatè fundatũ pſal. 66. Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. Si igitur triplici ratione

Regina nuncupatur, & Pontifex Max. cum ſit eius caput, ipſam repræſentat; caput enim ad totum corpus, tanquam ad capitatum, relationem habet, in prędic. ad aliquid, ergo triplici ſimul corona debet coronari. Quarta ratio ex quodam antiquorum iudicio colligi poteſt; qui ſapientem figurare volentes, Ianum trifrontem effigiabant: & illum in rectorem vetuſtiſſimi Aegyptij eligebant, vt refert Marſi. Ficinus in lib. Mercu. Triſmeg. qui ſapiens, Rex, & Sacerdos Maximus eſſet eãdemq́ue ob rationem quibuſdam inſignibus idem inſinuantibus caput eius ornabant. Sed quis Pontifice Max. noſtro ſapientior, Rex maior aut Sacerdos vnquã extitit? Quintam rationẽ cõueniẽtiæ præbent, quę inter numeri ternarij perfectiones, ac ipſius Pontificis Max. ingentes prærogatiuas reperiuntur; eſt enim numerus ternarius ſecundũ Pythagoram, vt refert Ariſt. 1. cæl. t. 2. omniũ perfectiſſimus, cum principium, medium, ac finem complectatur, & conſequens omnia ſecũdum eundem: Pontifex Max. omnia apud nos in ſe continet; ſi non formaliter, ſaltem auctoritatiuè. 9. q. 3. conqueſtus. D. verò Ambr. inquit in lib. de Cura paſtorali; quòd ſicut aurum inter metalla, ita Pontifex Max. inter homines cæterorum perfectiones in ſe claudit.

claudit. Secundo, numerus ternarius, ex Eucli. multis in locis, a nullo alio metitur, & primus inter immenſurabiles exiſtit; non eſt ſimiliter aliquis in terris, qui Summum Pont. eiuſue actiones menſurare valeat. Nicolaus de Lyra ſuper verſ. Tibi ſoli peccaui. pſ. 50. Cernitur aliquod in medio ternarij numeri; quod, ſecundum Plato in Timeo, vtrunque coniũgit extremum: Pontifex Max. illum repræſentat in terris, qui mediato inter Deum, & homines dicitur; Chriſtum ſcilicet. 1. Timoth. 2. non ſolum, quia vt homo moriens, nos illi reconciliauit. Mag. 3. ſ. d. 19. ſed etiã per participationem vtriuſque naturæ, humanę. ſ. atque diuinę in ſuppoſiti vnitate. Gab. ibid. q. vni. arg. 3. dub. 4. Eum inquam, qui lapis dicitur angularis, ducs in vna fide populos, Iudaicum nempe, atque Gentilem cõiũgens: & in quo tota fundamenti Eccl. ſtructura ſuſtentatur. Eph. 2. Poſſumus etiam dicere, quod repræſentet Spiritum Sanctum. i. charitatem illam communem, qua tanquam nexu. Pater, & Filius, vt perſonæ diſtinctæ, ſuauiter, ac indiſſolubiliter vniuntur. D. Th. 1. ſ. d. 10. ar. 3. & 1. p. q. 37. ar. 1. ad 3. Maximã vlterius numeri ternarij perfectionem eſſe, à ſigno ita habetur; ternario numero ſacrificabant olim antiqui. Ariſt. vbi ſup. Sed melius

tres viri ſunt Abrahę. Gen. 18. & tres propagi nes perſonarũ in diuinis, Trinitatem deſignã tes: tres Dei digiti. Iſa. 40. eius eximiam potentiam oſtendentes. D. Hieron. ibi: tres iuxta puteum viri. Gen. 29. fideles credẽtes Trinitatis myſterium inſinuantes; ita Philo de Abrahã dum loquitur: & tres columnæ denique in vtroque latere atrij. Exo. 27. oſtendentes, fidem, ſpem, & charitatem habentes: gloſ. ibi, & ſuper 3. Reg. 6. Nunc Pontifex Max. Deum hic reprę ſentat, qui licet vnus in eſſentia, trinus tamen eſt in perſonis; tanta eſt eius potentia in terris, vt nullus eam nedum exprimere, ſed nec concipere valeat. Rodericus Zamoren. in ſpeculo humanæ vitæ. lib. 2. cap. 1. eſt omnium fideliter credentium caput. Turrecre. in ca. cum ad verũ. 96. & in ca. nullus. 99. diſt. & fundamentum Eccl. cum ſit Petri ſucceſſor, de quo 16. Matt. legitur: Ego dico tibi Petre, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meã. in quo fundamento ſunt radicatę tres illę virtutes, quæ theologicæ dicuntur, præter theologos in de conſe. diſt. 2. ideo tres illi ſimul coronæ conueniunt. Sextam rationem eiuſdem Summi Pont. peculiares porrigunt eminentiæ. Primo enim quadam gręca dictione, Papa dicitur, quaſi admirandus: vel communis

nis totius orbis pater. Theoph. 1. epiſt. ad Timoth. cap.2. à Syracuſis deducta, penes quos Papa, Papas dicitur ideſt pater patrum Ger. 1.p.quęrens, an in cauſis fidei à Summo Pont. liceat appellare. Dicitur ſecũdo Pont. Max. Pontifex ſcilicet, vt Varroni placet, & Alex. ab Alex. lib. 2. Genialium dierum. cap. 8. à ponte ſublicio, Romæ olim, maxima vnde ipſius in ſubditos oſtenditur vtilitas; ſicut enim pons ille Tyberim ſuperare volentes aquarum ab impetu cuſtodiebat; ita mundũ nunc totum conſeruat Pontifex, atque cuſtodit. Additur Max. poteſtatis plenitudine. D. Tho. 4. ſ.d. 20. licèt quantum ad perſonalem adminiſtrationem, Pontifex Rom. ſpecialiter dicatur. Turrecre. ſum. de Eccl. lib. 2. cap. 36. vnde fit vt Rom. Eccl. quæ ſingularis eſt eius ſedes, omnium ſit aliarũ caput. 3. q. 6. cap. dudum. Appellatur tertio Summus Sacerdos, ideſt Dux Sacer. 2. Reg. 7. Elegi te, vt eſſes dux ſuper populum meum. Vel ſacra dans. 1. Pet. 5. Paſcite qui in vobis eſt, gregem. vel ſacra docens. Malach. 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legẽ requirent ex ore eius. Et ſummus. i. ſupremus in tali genere, propter vniuerſalem iuriſdictionem ſuper tota Eccl. Aug. Triumph. de poteſt. Eccl. q. 4. ar. 6. Sub qualibet, immo

ipſa-

ipſarum ita progreditur, vt dicatur, ſecundũ Catald. de Boncomp. in tract. de poteſtate Papæ. nu. 14. Apoſtolorum hęres, primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abrahã, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron: auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus dux Chriſtianorum, ordinator, & paſtor, Sapientum magiſter, oppreſſorum refugium, & pauperum aduocatus, Senum baculus, malorum metus, bonorum gloria, virga potentum, malleus tyrannorum, & Regũ dominus; legum moderator, ſal terrę, & lumen Orbis. Quid mirũ igitur, ſi tribus ſimul coronetur coronis? Vlterius, eſt Eccl. caput & ſponſus, vt dictum eſt, & habetur in c. concilij Conſtant. & authen. de Eccleſiaſt. ti. colla. 9. per gloſ. ſimiliter ſuper Iſai. 61. ibi: Dedit me quaſi ſponſum decoratũ corona, & c. necnon paſtor Ioa. vlt. Simon, paſce agnos meos, paſce oues meas. Eſt, inquã caput, vbi vigor maximus, ſtatus eminentia, & mentis valor apertè vigent; vnde legitur: De torrente in viuia bibit, propterea exaltauit caput. Caput, re vera conſtantiæ fundamentum, clementiæ roramẽtũ, & prudẽtiæ documentũ ex Cant. 2. & Ezech. 4. Caput deniq; prudentia dirigẽs, potẽtia reprimẽs, & miſericordia ſubleuans. Eſt ſponſus etiã amator, gaudioſus,

virtu-

virtutibusq; ornatus. Sap.8. Hanc ego amaui, & exquiſiui mihi ſpõſam aſſumere;& amator factus ſum formę illius. Iſai. 62.gaudebit ſponſus ſuper ſponſam,& c. & 61.Indumento iuſtitię circundedit me,quaſi ſponſum corona decoratum. Paſtor, deniq; gregem ſuũ paſcens, baculo temporalis ſuſtentationis, exemplo & eruditione; corripiens eundem baculo,iuſtitiæ,conſtantię,& potentiæ.Eccl. 18. qui miſericordiã habet,docet, & erudit; ſicut paſtor gregem ſuum corripiens,& c.Michęę 7.Paſce populum tuũ in virga tua. Vtitur prudentia,ſolertia, atq;fidelitate.Luc.2. Paſtores erant in regione eadem vigilantes, cuſtodientes,& c.Non coactè,ſed ſponte;nõ turpis lucri gratia, ſed amore:nõ vt dominãs: ſed gregis forma fact⁹ 1.Petri.Eſt.Petri nauis gubernator,fideliũ medic⁹,& conſolator. Io. Scolaſticus in ſermone de cura paſtoris. Suis pręcib⁹ victoriã tribuẽs,vitam cõcedẽs,& pacẽ cõſeruãs.Roth.Senonẽ Archie.Beluacen. in oratione habita pro defenſione iuriſdict. eccleſiaſt. corã Philippo Rege olim Galliarum. Iterũ igitur tribus ſimul coronetur coronis. Ingens eiuſdem auctoritas ſeptimam largitur rationem: licet enim legis æternæ imitator, naturalis obſeruator, & poſitiuæ moderator exiſtat, D. Aug. 1. de libr. arbi.

nihil-

nihilominus ius Diuinum aliquando interpretatur, condit Canonicũ, & moderat ciuile Petr. Albinia. in de Pont. poteſt. quare fortis, pater ſæculi, & Princeps pacis nuncupatur. Petr. de Ancara. in repet. cap. 1. col. 2. in fine. Octauam poteſtas patefacit, quę omnem aliam humanam tribus modis excedit: dignitate, cum ſpiritualis terrena vita præſtantior ſit: cauſalitate, cum omnem aliam hic poteſtatem cauſet: & auctoritate; cum aliarũ auctoritatum leges confirmet. Nonam ab eius adminiſtratione habemus; eſt enim ipſe cauſa miniſterialis omnium credentium, in genere cauſæ finalis, efficientis, & formalis, ex D. Aug. 3. de Trin. c. 4. & eius adminiſtratio tria includit, totius ſcilicet reip. vtilitatem, ſubditorum vniuerſalitatem, & ampliandi reſtringendiue iuris facultatem. Idem, in de vera Relig. tom. 1. vnde dicitur viuus fons iuſtitiæ. Socin. conſi. 164. volu. 2. nu. 5. & omnia iura habet in pectore. l. omnium. C. de teſta. & c. 1. de conſtit. Decimã à rebus quibus aſſimilatur; primo enim dicitur ſimilis mõti Sinai. Exo. 19. vel ratione generalitatis; velutinamq; eo mediante deſcendit Deus coram toto populo Iudaico; ita Chriſtus mediante Pontificis Max. poteſtate, ſuper toto populo ſuo in lege noua deſcendit:

ſcendit: vel propter ſublimitatem; quoniã, ſicut Mons ille eſt omni alio ſublimior, ita cęteris prælatis Pontifex Max. ſublimior exiſtit: vel intuitu legalis auctoritatis, ſicut enim de Monte illo lex data eſt; ab ipſo ſimiliter Summo Pont. humanæ leges omnes dependent. Aug. de Anco. in de poteſt. Eccl. q. 1. ar. 2. & glo. ſuper 1. ad Cor. cap. 15. Soli deinde aſſimilatur vt dictum eſt, & habetur in cap. Solitæ, de maiori. & obedi. qui ſacris in literis tria præſertim ſignificat. Primo Regem æternalem. Eccl. 26. vbi dicitur: Ipſe ſicut Sol oriens mundo in altiſſimis. i. ſicut Sol per excellentiam, ſolus lucẽs dicitur; ita ſolus Deus omnipotens exiſtit. Secundo virum omni virtutum genere prędĭtum. ibi. 27. vbi habetur: Homo Sanctus manet in ſapiẽtia ſicut Sol. Tertio gloriam mundialem. ibid. 43. non minus enim quàm Sol pulchra eſt mundanis gloria atque fulgida. Aſcribũt vlterius philoſophi ipſi Soli tria hæc attributa, vt magnificus dicatur, munditiæ amans, ac facie pulcherque omnia clariſſimè etiam oſtendũt tres meritò iunctas Pontificẽ Max. coronas in capite gerere. Vndecimam à relationibus, quas habet cum Chriſto; primo namque eſt eius Vicarius, & qui contrarium dicit mentitur. Bald. in l. Barbarius Philippus.

pus. ff. de officio præto. quare ſicut in nomine Ieſu omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; ad Philipp. cap. 2. ita de Papa, ſecundariò ſaltem, & aliquo modo dici poteſt per text. in ca. vlt. 93. diſt. Confir. cunctis enim viatoribus maior exiſtit. 9. qu. 3. vbi dicitur, quòd Papa eſt iudex omnium, etiam ſine appellatione, & per cõſequens omnibus maior, per text. in c. duobus iudicibus, de ſen. & re iudi. vbi habetur, ꝙ iudex ordinarius non habet ſuperiorem, niſi legẽ mortuam: & per Angelũ in ver. iudex. n. 1. vbi dicit, ꝙ ſeruus, vel inferior, ſaltẽ vt ſic, & in ſenſu compoſito, iudex eſſe nõ poteſt. Nec obſtat, quòd in confeſſione ab alio iudicetur & abſoluatur; quoniam in illo actu ſponte ſe huic, vel illi ſacerdoti ſubmittit, cui pro tunc auctoritatem delegat abſoluendi; quare iudex delegatus, & particularis efficitur; cum Papa vniuerſalis, & ordinarius exiſtat. gloſ. in capitu. ſanè. el 2. de offic. delegat. Dæmonibus deinde pręcipit ne corpora vexent humana. Luc. 9. ibi: dedit illis virtutem, & poteſtatem ſuper omnia dæmonia: & Matth. decimo: dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerent eos. Et quamuis Angeli ſint in naturalibus eo maiores: cum non ſint corruptibiles, paſſibileſuè,

Ieſue, ſicut ipſe; in gratuitis tamen ſupereminet illis; nulli enim ex Angelis poteſtatem ligãdi dedit Deus, ſicut ipſi, Immo dicũt Chryſoſ. in lib. de laudibus Pauli homil. 2. & Diony. de cæleſti hierar. c. 7. ꝙ Pont. Max. eſt maior Angelis in ſacramẽtorum adminiſtratione, in dominio permiſſione diuina, & in cognitione gratuitè reuelata. Eſt propter eãdẽ rationẽ, & habetur in c. cuncta per mundum, & c. per principalẽ. 9. q. 3. dominus totius orbis, in tres partes præcipuas diſtincti, Africã ſcilicet, Aſiam, & Europam. Pomponius mela in princ. ſuę Coſmogra. & Strabo lib. 3. de ſitu orb. Optimus præterea pro ſecunda relatione imitator eiuſdem vt exiſtat, pro viribus conatur, ac debet. Fert propterea pręter eam, quam gerit in pedibus, & illam, quibuſdam cum catenulis quam habet ſuſpenſam ante pectus è collo; in ſignum, quòd crucis quatuor aureis partibus, aurea legalis Pont. lamina quatuor literis conſcripta, quam in fronte gerebat, facilè ceſſit: quocumque exit cæteris crucem longè maiorem vt illam aſpiciens Chriſti Paſſionem recordetur, exemploque eius, vanas, atque terrenas cogitationes omnino dimittat, vel vt quemadmodum ſapientem decet, vnde ſit ab eo erectus recordetur; vbi poſitus, quòue aſſumen-

aſſumendus, optimè contempletur. Progrediens quotidie per veſtigia Saluatoris; ſicut ille potentia, ſcientia, ac bonitate ſua nos à morte redemit: vnde merito ſecundum Iſidorum lib. 7. Ethym. & Pelbartum li. 3. Roſarij theo. in Gręco dicitur Soter & Chriſtus: in Hebręo Ieſus, & Meſſias: in Latino verò Saluator & Vnctus; ita ipſe à recto morũ tramite deuiantes ad ſanctam reuocare vitam, bonitate, ſcientia, atque potentia maximè ſtudet. Quare triplicem in eo ſpiritum quieſcere dicere valemus, conſilij & fortitudinis, ſapientiæ & intellectus, ſcientię & pietatis. Quis non fateatur denuò, modo quo dictum eſt illum iure optimo coronari? Sed Vrbs, vbi ſedem tenet, duodecimam ſuggerit rationem; ibi enim qui olim regnabat, tribus ſimul iunctis coronabatur coronis, vt inquit gloſ. in cle. vni. de iureiur. Quare igitur Pontifex Max. ampliori modo qui hodie ibi reſidet, non itidẽ coronari debet? Vltimam præſtat Innoc. 3. declaratio ſerm. 1. de B. Sylueſt. cũ dicit: Veruntamen pro Regio diademate aurifrigio vtitur circulari; cum Pontifex Max. Regno in ſignum Imperij vtatur: &c.

Hacten⁹ de numero, & ſitu coronarũ ipſius; cur autẽ ibi gemmas habeat affixas, per pauca quę dicentur, peculiariter habetur. Primo

igitur

igitur ſcribit Aimonius lib. 1. cap. 24. Clodoueum miſiſſe Romam D. Petro coronam mirum in modum gemmis ornatam, quæ vulgo nunc Regnum appellatur, miro etiam ordine à Paulo 2. decoratam, quod absq; ratione factum eſſe ab eis, minimè ſentiẽdum eſt. Relucent maximè gemmæ; immo niſi, vt lucidæ, vidẽtur in tenebris: Pontifex verò Max. inſtar magnæ facis Alto in Monte poſitæ ſe habet, quæ omnes Chriſti fideles illuminans, ad veræ ſalutis portum ſine vllo dirigit errore. Quare illas in capite gerere debet, per quod, vt refert Rodig. antiq. lect. lib. 20. cap. 12. ex Lact. Firmia. ſapientiæ atq; prudẽtiæ radium figurabant antiqui. Sapphirum præſertim ibi ferre debet, qui dicitur, lapis ſanctus, ſecundum Helimandum; homines enim ad Sanctitatem diſponit, & eternam gloriam ſignificare videtur. ex 24. Exo. & 10. Ezech. Quare Moyſes de mandato Domini. Exo. 28. veſtem ſanctam fecit Aaron ſummo Pontifici, vbi alios inter lapides pretioſos Sapphirum intexit. Tobiæ verò 13. legitur cęleſtis patriæ portas, quas Põtif. nobis aperit, ſicut eiuſdem fundamenta, ex eadem gemma conſtructas eſſe. Nec non carbunculum, ab ignis ſimilitudine ita nuncupatum denotat hic ſiquidẽ incorruptibilita-

tem, cum ignem non ſentiat, lapidumq́; ſigillum appellatur, cum omni lapidi figuram ſuam imprimere poſſit, & non è contra. Non eſt potentior apud nos Pontifice Max. omnes enim reprimit, & à nullo iure ipſo reprimi poteſt, quare incorruptibilis, vt ſic, eſt eius potentia. Et Chryſolithum aurei coloris, ſupremum dominium denotantem. Plin. lib. 37. ca. 9. Adamantem denique, Cyprium prȩſertim, qui coloris eſt aerei, argenteiue potius: plurimum ad iurgia tollenda conferentem; ſicut expreſſe ipſius Pontificis Max. inter omnes alios Principes eſt pacem ponere. Dioſcor. 5. tract. hort. ſanit. & in extrauag. Sixti Quarti, quæ incipit. Quemadmodum, de pȩnit. & remiſſ. §. verum quia; immo, vt in Hieroglyph. habetur, Chriſtum repræſentat, inter nos, & Deum qui pacem ſtatuit.

DE

DE OSCVLO SANCTISSIMORVM PEDVM PONT. MAX.

Qua Pontifex Max. adoratione ſit adorandus.

CAP. I.

ETſi deuotio Deum propriè reſpicit. D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 3. & 4. vnde motus in eũ, voluntate non ſecluſa, dicitur. Aſtaxanus lib. 5. tit. 37. Vel cleuatio mentis in Deum, per pium, humilemq́; affectum, ſpe, fide, charitateq́; ſubnixum. Gerſ. tract. 7. ſuper Cant. Mariæ: & Hug. in tract. de oratione; creaturas nihilominus, non minus in via, quàm in patria aliquo etiam modo reſpicere valet, vt pio ſaltem ſubalternatur amori. Palud. lib. 4. d. 12. q. 1. Eius præcipuos inter effectus veritas cõnumeratur. Ex Themiſt. in de amore liberorum. Quare, vt ex dictis Serini memorabilibus colligitur, veritatem ſuauiſſimam amoris, deuotioniſue filiam Iamblicus, & Polemon appellabant. Deuotio igitur, qua mirificè iamdiu in Dominum meum afficior, in-

dies in non ficto corde, inſtar ignis in fecundo pabulo exaucta me iterum excitat, vt à veritatis tramite, ſaluo ſemper meliori iudicio, nullatenus recedendo, hac Methodo pio lectori infraſcripta proponam. Primo enim videbimus quod in præſenti titulo propoſuimus. Secundo, quid & quotuplex ſit oſculum; deque oſculi adorationis origine. Vltimo, vti de principali inſtituto, ad quod, vti ad terminum, priora capita ordinãtur; quòd pedum per oſculum adoratio ſoli Pontifici Max. iure optimo competit.

Ad primum reuertendo; quoniam ordine doctrinæ eorum tractatio, quorum præſupponitur cognitio præcedere debet; ideo quid, & quotuplex ſit adoratio prius inueſtigabo. Et quoniam in adorationis diffinitione honor, tamquam genus reponitur, ab eius diffinitione, vti à communiori incipiam, eandem ob rationem, & ex Ariſtot. 1. priorum capitulo. 5. 3. Phyſ. t. 2. & 2. de gen. t. 51. Honor, igitur, aliquando ſumitur pro ſuo materiali ideſt pro eo, quod honoris gratia exhibetur alicui, de quo dicit Philoſophus. 4. ethic. Nic. cap. 3. quod honor eſt maximum bonorum externorum. Aliquando verò, pro ſuo formali ideſt pro quodam

teſtimonio præeminentiæ, vel dignitatis. Alex. 1. parte queſt. 33. Completè ita deſcribi poteſt. Eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis, vel dignitatis. Poſt Ciceronem ad Plancum, & Ariſtot. 9. ethic. D. Thom. 2. 2. quæſt. 128. art. 4. & Lucas de Penna in lege 1. C. de Veteranis lib. 12. quibus conſonat Flaminius Lucenſis in tractat. de honore cap. 8. allegans, & rectè Ariſtot. 1. rhet. 8. Cunctis ſuapte natura gratus exiſtit. 1. rhet. cap. 18. nemo enim æquo animo fert honoris iacturam. 5. de republ. cap. 11. ideo vnumquemque illum decet expetere. 2. eth. cap. 8. etiam meritoriè; ſi ad gloriam Dei, & animarum ſalutem. D. Thom. 2. 2. quæſt. 131. Diuiditur primo in iocoſum, & ſerium. Primus fatuis, deluſiſue perſoluitur. Secundus, aut verus eſt, aut fictus: hic ab adulatoribus, aut expaueſcentibus præſtatur, ille verò à iuſta cauſa motis, qui bonis communiter debetur ſolummodo. 1. rhet. cap. 18. Inter bonos autem his præcipuè, parentibus, ſenioribus, prudentibus, dominis, Deo ſeruientibus, ſanctis denique ac Deo Benedicto. Applicentur ſingulis hæc teſtimonia. Exo. 20. Honora patrem tuũ, & matrẽ tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã. Leuit. 19.

Eſt à Deo prohibita. Geneſ. 35. Abijcite Deos alienos. Exo. 20. Non habebis Deos alienos: & 1. ad Timoth. 1. Soli Deo honor, & gloria. Illa verò, quæ meritoria dicitur, & propriè adoratio, tres habet ſub ſe ſpecies analogicè ſimiliter contentas, ideſt, analogicè prædicatur de adoratione, quę Deo debetur. Et de illa, quæ debetur creaturis. D. Thom. 2. 2. q. 84. art. 1. quę ſimul has tres ſpecies conſtituunt, Latriam, Duliam, & Hyperduliã, hac ſeruata methodo, & proportione, vt extremæ cum media cummune aliquod retineãt, à qua ita exhordiar. Eſt dulia, quantum ad quid nominis, quædam ſeruitus; dulos enim gręcè, ſeruitutem dicit apud nos. Gab. 3. 5. d. 9. q. vni. ſumitur tripliciter, propriè ſcilicet, communiter, & communiſſimè, idẽ. ibidẽ. ita vt ſpecies oẽs reuerentialis ſeruitutis ſibi ſubalternet. Communiſſimè ſumpta ſub potiſſima ſignificatione, cum Latria confunditur; ita vt nõ ſit aliud Latria, quàm ſpecialis ſeruitus ſoli Deo exhibita ratione sũmi dñij, vel ſummi boni, Scotus 4. sẽt: 4. 5. d. 9. poſt. D. Aug. ſuper illo Matth. Dominũ Deum tuũ, &c. Solet etiam dici, Theoſebia, gręcè, vel Euſebia, ideſt, pietas latinè. id. 10. de Ciuit. Dei cap. 1. & quaſi religionem importat, ſed minus latè, vtque aliæ ſpecies, du-

plex eſt. interior ſcilicet & exterior, & actua lis quęlibet habitualiſue. Gab. in can. lect. 18. Super actualem adorandi facilitatem ha bitualem addit. Bonau. 3. 5. d. 9. q. 1. ar. 2. Conſiſtit interior in Deum credendo, ſperan do, eumq; diligendo, ob quod theologica dicitur virtus: ibid. quæſt. 3. Vel, eſt actus fidei, ſpei, & charitatis. D. Aug. in Enchi. ſumendo fidem pro aſſenſu veri intellectus, ab euidentia abſtrahendo: & charitatē pro actu voluntatis, quo Deus, vti rerum omnium finis, & principium, bonumq; optimum diligitur. Gab. cit. loco. Exterior verò in ſigno quodam ſenſibili, ad interioris proteſtationem. Richar. 4. ſ. diſt. 15. quæſt. 2. artic. quarto in ſacrificijs. ſcil. vnde, Latria, ſacrificium etiam nuncupatur; vel canticorum in vocibus alijsq; ſimilibus, quæ cum honorem ſolummodo ipſi Deo deferendum habeat in obiectum, moralis virtus appellatur. Scot. 3. ſ. d. 9. Completam vtraque ſimul hanc ponunt determinationem, eſt cultus, vel ſeruitus fidei in confeſſione exiſtens, cum laudis munditia, & pia cordis oblatione, ſoli Deo debita, ratione ſummi dominij, bonitatis, & poteſtatis. Iacob. de Valent. ſuper Pſal. 95. Dicitur, ſoli Deo, ad creaturarū differentiā tàm viſibilium, quàm inuiſibilium. Matth. 4.

Do-

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: ita ibi D. Anſel. D. verò Aug. 10. de Ciui. Dei. cap. 4. ita dicit: Obſequium, quo Deus colitur, ſacrificium certè, nullus hominum eſt, qui audeat dicere deberi, niſi Deo: & ratio forte eſt, quoniã boni aliquid in Deo eſt, in nulla creatura repertum, propter quod peculiaris honor ei debetur. Hac eadem adorationis ſpecie Chriſtus etiã per conſequens adoratur, cum duas naturas, humanam ſcilicet & diuinam in vnico ſuppoſito complectatur: Boet. cap. 4. in de duabus naturis, & vna perſona Chriſti. quod ſuppoſitum ipſe Deus eſt, ac de eo habetur Pſalm. 71. Adorabunt eum omnes Reges, &c. Similiter ſanctiſſima Euchariſtia: Gab. lect. 50. can. Ratio autem eſt, non illa quidem, quam Ioan. Altenſtaic in ſuo Lexico theologi. in verb. adoratio, imponit Scoto 4. ſ. d. 11. q. 3. nempe, quod ibi adoretur Chriſtus contentus in pane, tamquam in ſigno; quoniam Scotus ibi ad hominem loquitur, quorundam leuem quamdam reſponſionem deſtruens; alibi verò non vnico in loco aſſerit in eiuſmodi cõſecratione veram fieri trãſubſtantiationem panis, & vini in verum corpus, & verum ſanguinem Redemptoris noſtri.

Sed

Sed illa certè, quoniam ibi continentur verè realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguis, vna cum alijs, Domini noſtri Ieſu Chriſti: ac proinde totus Chriſtus. Concil. Trid. ſeſſ.13.can.1.& §.vlt.cap. firmiter credimus. de ſum.tri.& fid.cath.præter c.accipite,& comedite.de conſecr.d.2. Corpus ſiquidem, & ſanguis per ſe; cum terminus ſint conuerſionis: diuinitas vero,& anima concomitanter: immo Pater etiã, ac Spiritus ſanctus ibi conſequutiuè morantur: quoniam ſunt vnius indiuiſibilis eſſentiæ, à qua perſonæ, ſaltem ſecundum rem, non diſtinguũtur. Crux deniq; ſanctiſſima, in qua ipſe pependit, nec non claui, ſpinea corona, lancea, & cætera, quę pretioſiſſimo eius ſanguine fuerunt rubricata: prout ipſum pro nobis paſſum repræſentant, eadem prorſus coluntur adoratione. Pelbart.3.lib.ſui roſarij. Vnde, quando dicitur, O crux, aue ſpes vnica: ſumitur abſtractum pro concreto, ideſt, crux pro crucifixo. Holkot in lib. Sapientiæ. Aliæ cruces ſimiliter, ſiue pictæ, ſiue aliqua in materia ſculptę, debent adorari: quia nõ niſi in quantum ipſum reprę ſentant. Gerſ.tract.8.ſuper cant. Mariæ,& D.Thom.3.5.d.9.q.2. Damaſ. verò lib.4.ca.18.ita dicit. Cum Euangelia honoramus, non materiam honoramus; puta

char-

chartam, vel atramentũ, quibus ſcripta ſunt: ſed illum, cuius verba ſunt, & fuerunt. Similiter, cum crucem adoramus Chriſti, non crucis materiam; puta lignum, vel aurum: ſed Chriſtum crucifixum, cuius figuram ipſa repræſentat, veneramur. De laudibus huius figuræ ſanctiſſimæ ſcripſerunt egregiè Rabanus epiſcopus Maguntinenſis per lib. duos. D. Antoni. 2. p. ſuarum hiſtor. tit. 14. c. 5. §. 2. & Abb. Clumiacen. lib. 1. epiſt. ſuper illo Matth. 24. Virtutes cęlorum mouebuntur, &c. Fuit eadem figura, priuſquam etiam in ipſa Redemptor noſter pateretur, ſummo honore habita, vt clarè colligi poteſt ex Aegyptiorum monumentis, ex Ezech. 9. & Gen. 48. Ideo non ſatis probè eos facere ſum ſem per arbitratus, qui locis impollutis vel eam pingunt, vel pingendã procurant. Nec ſecus eſt arbitrandum de alijs eiuſdem imaginibus, idem enim ad imaginem, & imaginatum motus exiſtit. D. Tho. loco iam citato. Dulia, communiter ſumpta, eſt ſeruitus reuerentialis erga rem aliquam, propter aliquod ſpeciale in illa repertũ; vnde idem eſt, quod Hyperdulia, ab hyper, ideſt ſupra, & dulia ita nuncupata, quaſi excellens dulia. Alex. de Ales. 3. p. ſum. q. 3. Hæc, iure, ipſa coluntur; Chriſti nempè humanitas; ſi, per impoſſibile

con-

contingeret, quod à diuinitate ſeparata exiſteret, ſicut vſu euenit de præputio, vel eius ſanguine, qui Romæ in Lateranenſi Eccl. conſeruatur. Et licet Damaſ. dicat, quod ſemel aſſumpſit, de verbo diuino intelligendo, numquam dimiſit; intelligitur tamen, ſecundum Medin. in 3. p. quæſt. 5. art. 2. de partibus præcipuis, quę ſecundum ſe totas ad humanæ naturæ pertinent veritatem. Idē etiam fieri deberet erga totum eiuſdem corpus, & ſanguinem, ſi extra neceſſariam connexionem cum diuinitate, in altaris ſacramento adoraretur; quod tamen contingere non poteſt; cum humanitas diuinitati ſit ſemper in verbo coniuncta; & ideo ſemper latrię cultu adoranda. Bonau. 3. 5. d. 9. Quòd autem humanitas Chriſti, ſi per impoſſibile à diuinitate ſeparata exiſteret, non latria, ſed hyperdulia eſſet adoranda, clarè inde habetur, quoniam eſt creatura; licet omnium aliarum ſecundum gratiam, & gloriam perfectiſſima. Gab. 3. 5. d. 9. & lect. 50. can. Præterea beatiſſima Virgo, non vt ſancta ſimpliciter, ſed, vt Chriſti mater. Bonau. ibid. q. 3. Denique Crux eadem, in qua Saluator paſſus fuit, lancea, claui, &c. non vt ipſum reprę ſentant; ſed quatenus res eius ſunt. D. Tho. tertia quęſt. 25. art. 5. & ſanct. Antoni. 3

parte

parte ſum. tit. 12. capitulo 9. §. quarto. Du lia propriè ſumpta, ita ſimpliciter nuncupata: cum primum in tali genere analogatum ſit, vt deduci poteſt ex 4. Metaph. t. 4. licet etiam Deo competat, cum omnis creaturæ perfectio eminétius in ipſo reperiatur. Auct. de cauſis capitu. 1. hac habita ratione, quoniam cui magis perfectum, etiam minus conuenit perfectum. 2. de ani. t. 15. per Antonomaſiam nihilominus. Bonau. ead. diſt. 9. vlt. Propriè, ſeu appropriatè loquẽdo eſt honor, vel ſeruitus debita creaturæ intellectuali. D. Thom. 2. 2. q. 130. artic. tertio. Angelis ſcilicet bonis cuiuſcunq; generis, ſeu ordinis: Sanctis, inter quos præclariſſimo modo beata virgo connumeratur, & ipſorum reliquijs. D. Thom. 3. p. q. 25. art. vlt. Similiter eorundem veſtibus, quatenus illæ habent ad ipſos relationem quandam; vnde inquit. D. Antoni. tertia parte ſum. tit. 12. cap. 9. in princ. quod qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quæ de ipſo poſt mortem relinquuntur, veneratur. Necnon imaginibus, non ſolum ex antiquorum inſtituto, qui etiam, licet perperam, Deorum fictorum, ſeu potius dęmonum illudentium, colebant imagines; iuxta illud Ouid. de Ponto lib. 2.

Sic.

Sic homines nouere Deos, quos arduus æther.
Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis.

Sed propter Conciliorum quoque deciſiones, & canonum; præcipuè Concil. Trid. ſeſſ. 25. in princ. cap. perlatum, & cap. venerabiles. de conſecr. d. 3. quas fuerunt poſtea ſequuti glo. ibi. in ver. fregiſſe: & Card. in clement. vni. in ver. O excellentiſſimum, de reliq. & venerat. Sanct. Rationem autem, ob quam ſanctorum imagines adorādæ fuerunt in Eccl. ſancta introductæ, reddit D. Bonau. 3. 5. d. 9. q. 2. nempe, vel propter ſimplicium ruditatem, qui ſcripturas nō intelligunt, vel legere non poſſunt; aut propter memoriæ labilitatem; cum ea facilius obliuioni tradantur quæ audiuntur, quàm ea, quæ videntur: ſeu ob affectuum tarditatem, vt in illis, quæ ipſi geſſerunt, ac ſi oculis cernerent, ad deuotionem excitentur homines.

De Pontifice autem Max. communiter ſentiūt Doctores, quòd Dulia ſit adorandus, his rationibus. Primo ratione prælationis; cū ſit omnium dignitatū culmen Purpura. poſt Iaſo. in l. 1. de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdictio, vbi ponit amplè quibus honoribus Pont. Max. ſupra omnes honorari debet. Secūdo ratione ſanctitatis. tit. in l. 1. C. de ſum. Trini. & fid. cath. glo. in clem. 1. de iudicib.

Card.

Card.in clem. 1. de probat.Et Gerſon in 1. par. de pot. Eccleſi. conſiderat. 2. vbi dicit: Papa ſine mendacio dicitur ſanctiſſimus, & ideo poteſt adorari cultu duliæ. Nec obſtat, quòd ſit viator; quoniã, licèt in ſenſu diuiſo poſſit errare; minimè tamen in ſenſu cõpoſito,& in jis, quę sũt fidei.Luc.22.Ego pro te rogaui Petre,vt nõ deficiat fides tua.In actibus vero moralibus, ad voluntatẽ ſpectantibus, ſub eodẽ ſenſu cõpoſito, cum deficere, nõ eſt defacili arbitrandum; cũ Chriſti vicẽ gerat.40.d.nõ vos,& Abb.in c.cũ veniſſent, de iudic.col.3. Sed quod aliquis detur ſanctus in via, his apertiſſimè monſtratur. Pſal. 17. Cum ſancto sãctus eris,&c. Eccl.27.Cũ viro ſancto aſſiduus eſto.Et 1.Petri 7.Sancti eſtote,&c.quibus omnibus in locis de sãcto in via, & non in patria fit ſermo; ſiue ſumatur ſanctus à mũditie, quaſi sãguine tinctus, cum olim qui purificari volebant hoſtię ſanguine tingebantur. Iſid.lib.10. in ca.ſapiẽs, de etymo. Siue à firmitate in bonis operibus & fide. D.Thom.2.2.q.8.art.vlt. & Vlpia.in l.ſacra.§.propriè.ff.de rerum diuiſ.

Oſculum quid, & quotuplex ſit: deq; oſculi adorationis origine. Cap. II.

QVamlibet diximus adorationē in internā, atq; externā ſecari, poſtremāq; nōnullis in ſignis exterioribus locatā eſſe, quæ ſigna æquiuocè ad tres illas adorationis ſpecies ordinātur; & inter ipſa non infimū quidem locum retinet oſculum, de quo propoſito ordine, literaliter tantum, in pręſenti cap. tractare intendo, ad quod principaliter mihi propoſui, vt gradatim deueniam. Humaniores igitur literas profitentes quaſi paruū os, oſculum appellant, quæ declaratio, paronomaſia potius.i. vocis colluſio, quàm diffinitio dici debet. Dico vocis colluſionem, non autem etymologiam, ſecundum quam oſculū quaſi oris cultus dici debet, ob quod Hebręi oſculi nomine venerationem intelligunt. D. Hieron. aduerſus Ruffinum. Detegitur hic error nolentium inter vtramque diſcrimen ponere, vt Viglij in inſtit. tit. de teſta. ord. nu. 3. & 4. Imo. & glo. in l. 1. ff. de acqui. poſſ. & in l. 2. C. de conſtit. pecu. Quem errorē apertius demonſtrat Boet. cap. 6. de diff. dum inquit,

quit,quædã eſſe nomina,quæ licet vocis colluſioné nõ recipiãt;cũ nulla ſint cõpoſitione cõnexa;habẽt nihilominus etymologiam:vt conſul,ſecundũ Ciceroné in Piſoné, à cõſulẽdo dicitur,iuxta ſuã etymologiã, & nullã, vt patet,vocis habet colluſioné. Alij ré ipsã intuẽtes,vt Ceruariẽſis.2.tom.Sylu.allegoria.in verb.oſculũ;& Pictauiẽſis 2.par.repertorij moralis eod. in verb. dicunt, oſculum amoris ſignum,& beneuolentię eſſe, vbi ſumitur ſignum pro eo, quod præter ſpeciem, quã offert intuenti,manuducit eum aliquod in occultum,cuius ſignum exiſtit. Ariſt. cap. 12. rhet. ad Alex. Additur,amoris, quoniã oſculum,philema,dicitur græcè, à verbo phileo,quod amo ſignificat, immo, vt amor varius eſt, ipsũ ita quoq; per variationem multiplicatur, vt infra. Nõ abſq; cauſa ponitur tertio loco,beneuolẽtiæ;quoniã oſculũ non eſt ſignũ cuiuſcũq; amoris,ſed rationalis tãtũ; ita vt hominẽ ſolũ proprie reſpiciat; eſt autẽ beneuoléntia erga aliquẽ bona volũtas. Hugo de S.Vict.poſt Ariſt.8.ethic.c.2. dicẽtẽ:Beneuolétia eſt,qua alicui benè volumus & optamus volũtate rationali. Vnde diſtĩguitur ab amore,ſicut ſpecies à genere licet ipſa quoq; ſit amicitia cõmunior; addit. n. ſupra ipsã amicitia notitiã,& reciꝓcationẽ;quare

dicebant Ariſt. 8. & hic. cap. 2. quòd amici debent ſe mutuò bonis affici; Diogenes verò in de vita, & morib. philoſophorũ, ꝙ amicitiæ eſt animorum æqualitas. At beneuolētia abſq; reciprocatione ad ignotas etiam terminari poteſt, vtilitatem cũ fugiat. 9. eth. Nic. om. capit. 5. & quamuis hæc multis alijs modis nunquam tamen oſculo conuenientius oſtēdi poteſt. Eſt propterea triplex oſculum, fraudis ſcilicet vel fictæ beneuolentiæ; Libidinis, & ſanctitatis D. Thom. lect. 1. in epiſt. ad Rom. 16. vel, falſitatis, voluptatis, & charitatis. Primum reducitur ad amorem falſum, & proditioſum: ſecundum ad amorem carnalem, & concupiſcentiæ: tertium ad verum amorem, officioſum, & amicitiæ. D. Bern. in paru. ſermo. ſermone. 54. ſuper illo Cant. Oſculetur me oſculo oris ſui, &c. Oſculũ fraudis dicitur etiam Dęmonis; quoniam ipſe primo finxit hominem oſculari, mundi fraudulenter proſpera pollicendo. Figuratur in Ioab, qui tenens mentum Amaſę oſculando occidit eum. 2. Reg. 20. ſub eo continentur oſculum proditionis, quo Chriſtum Iudas fuit oſculatus. Matth. 26. & oſculum adulationis. Eccl. 29. Donec accipiant oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliãt vocem ſuam. Oſculum voluptatis

tis,libidiniſue,de quo immundi Lyrici multa ſcripſerunt; Legitur de ipſo Prouer.7. Apprehenſum deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur. A D. Paulo 5.ad Epheſ. turpitudo vocatur;cũ extra matrimoniũ peccatũ ſit mortale. D. Antoni.3.p.ſum.tit. 5. cap. 1.§.9. Tabie.verò videtur illud reponere inter actus ordinatos à natura ad carnalẽ delectationem;ac ſi diceret, de ſe luxurioſum eſſe,& per conſequẽs ſemper peccatũ mortale, quod enim per ſe ineſt alicui, ſemper illi ineſt. 1.poſt.tit. 9. At ipſe cum D. Thom. 2. 2.q.94.dicendum arbitror, ex circunſtantijs ipſum luxurioſum effici;ex intẽtione ſcilicet ac delectatione oſculantis. Immo,ſi rectè inſpiciatur,ad venerandum potius, quàm ad libidinem eſt oſculum à natura ordinatũ;quare vnum, & idem verbum, proſcyneo, apud grecos oſculari, & adorare ſimul ſignificat. Cauendum eſt vtiq;propterea ab oſculo luxurioſo, mulieribus præcipue,cum per ipsũ, præter animæ læſionem, dotem quoq; amittant. Ita Deci. in rub.de iudi. col.2.Curt. in feud. 4. p. in 5. cau. & Hyp. in l. patre, vel marito.col.2.ff. de quæſt. Et ratio eſt, quoniam eſt pars adulterij. Egid. Roma. de regimi. Princip. li.2.par. 1.cap.9. Franc. Ripa in rub. de iudi.col.3.& Baue.in §. eſt autem.

de hęr.inſt. col. 1. & 2. De oſculo ſanctitatis habetur Cant. 8. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem hubera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te. Vbi largè ſummi debet ſanctitas, ideſt, vt dicit, abſtinentiam carnalis commiſtionis, & concupiſcentiæ. gloſ. ſuper 19. Exod. & 1. Reg. 21. Vnde illi pueri ſancti à Dauide vocantur, à mulieribus qui ſunt mundi. Aut pro virtutibus, quibus in proximum laudabiliter afficimur, ideſt pro charitate, pietate &c. Quare multiplex ad officioſorum multiplicationem officiorum exiſtit. Primum eſt illud, vt quodã hinc etiam ordine procedam, quod ex conſuetudine in amicitiæ ſolummodo ſignum vltra montes largitur. Armil. in ver. oſculum. Dixi, ſolummodo, quoniam ſi ad libidinem incitaret, à peccato non excuſaret. Gab. 4. 5. d. 16. q. 3. ar. 3. Illud eſt ſecũdum, quod reconciliationis appellatur; eſt autem reconciliatio amicitiæ reparatio, vel in gratiam reſtitutio. D. Thom. 4. 5. d. 15. ar. 5. Legitur de eo. 1. ad Theſ. vlt. ibi. Salutate fratres in oſculo ſancto. In Miſſa autẽ dari debet ante communionem. de conſe. d. 2. vbi ſacerdotes tria deoſculatur, altare ſcilicet, librum, & diaconum vel imaginem ab eo præſentatam; in ſignum triplicis reconcilia-

tionis, ad Deum nempè, ad ſeipſum, & ad proximum; Chriſtum enim altare, conſcientiam liber, & proximum diaconus repręſentat. Tertium charitatis eſt oſculum, quę ſecundum Theo. communiter 4. 5. d. 27. ſumitur pro rectiſſima animi affectione, qua Deus diligitur propter ſe & proximus propter Deum, eòque ſplendidius ex omni virtutum genere floret, quò Deo propior eſt. Paulus Cortes. libro 3. diſtinct. 7. & ſicut amicitia, fundatur in beneuolentia, à qua, vti genuinus effectus, oſculum pullulat. Eo inter ſe viri boni deoſculantur; vnde Dauid, & Ionatha mutuo ſe flentes oſculati fuere. 1. Reg. cap. 20. & idem Dauid oſculatus eo fuit ſenem Berzellai 2. Reg. 19. Augetur aliquãdo quadam à congratulatione; vt contigit, quãdo Samuel Saülem in Regẽ à ſe vnctum oſculatus fuit 1. Reg. 10. Quartum pietatis, quæ, vt proximum reſpicit, in parentes, & patriam principaliter tendit, non excludendo amicos, conſanguineos, & conciues. D. Thom. 2. 2. quæſt. 101. artic. 1. Eiuſmodi oſculum leniter in fronte dari debet. Cœlius Rodigi. tertio antiq. lect. capit. 26. Eo prodigum filium reuertentem oſculatus fuit pater. Luc. 15. ſimiliter Iſaac filium ſuum Iacob. Gen. 27. & Iacob

deinde filium ſororis ſuæ. ibid. 29. immo Rachelem adoleſcentulam conſaguineam ſuã, quod hodie quoq; licere, aſſerit Armil. in verb. oſculum; valde periculoſum mihi tamẽ videtur; cum ſemper diabolus inſidias nobis parare contendat; fieriq́; nequeat, picem tangere, cui mulier eſt ſimilis. Eccl. 13. & ab ea non coinquinari. D. Antoni. 2. p. 5. t. 5. cap. 1. §. 9. Nec vnquam in mulieribus comendabile viſum eſt, vt à conſanguineis ſe oſculari permittant; multum quinimo laudantur mulieres ex verecundia, & modeſtia. Eccl. 7. gratia verecundæ mulieris eſt ſuper aurum, & 26. gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata. Virg. de Didone,

„ *Tum breuiter* Dido *vultum demiſſa locuta eſt.*

Habetur prętereа in c. honorantur. 32. q. 2. Ratio eſt, quoniam modeſtia pudicitiæ comes, & cuſtos exiſtit. D. Ambr. 1. offici. & gl. in l. ita nobis, in princ. C. de adulterijs prę ter Fulgoſium. tit. de pudore. lib. 4. & Tiraquellum in leg. connubia. l. 9. Quintum, & vltimum eſt oſculum adorationis, & reuerẽtiæ, quæ, ex D. Thom. ſuper Pſal. 34. eſt honor in virtutis teſtimonium exhibitus. Vel, eſt timor quidam initialis, & caſtus. Legitur de eo Luc. 7. Oſculum mihi non dediſti, hæc autem, &c. inſpectaq́; etymologia ſolum ip-

ſum

ſum proprijſſime oſculum dici poteſt, per ea, quæ ſup. ex quibus cũ habeatur, quòd oſculari nil aliud eſt, quàm ad os aliquod adorãdum referre: ſequitur apertiſſimè genuinum adorationis effectum oſculum eſſe, & per cõſequens vna cum ipſa adoratione; effectus enim peculiares à ratione intrinſeca alicuius rei emanantes, ſimul tempore ſaltem, ſunt cũ re illa, vt euenit de riſibilitate reſpectu rationalitatis in homine. De religione autem cõſtat, quòd ſit de iure naturæ; cum natura ipſa dictante, ab origine mundi, & qualibet in ætate fuerit in hominibus. Ad quod, inquit Ariſt. 5. eth. cap. vlt. quòd ſacrificare, quod eſt religionis, & adorationis apertiſſimum argumentum, ſimpliciter eſt naturale; ſed ſacrificare hoc, vel illud: hic, vel ibi, eſt ad placitum: & cuilibet vlterius notiſſimum eſt Abel ſacrificia Deo obtuliſſe. Verum eſt, quod de adoratione per oſculum manifeſtata tam vetus recordatio non habetur; id ſolum memoriȩ proditum eſt, quòd Natan oſculo Dauid adorauit, & Angelos Abraam. Gen. 18. Plutarchus verò in de fortuna Alex. cui aſſentitur. Eutrop. lib. 9. conſuetudinem per oſculum adorandi primis in tẽporibus apud Perſas viguiſſe teſtatur. Ratio forte eſt: quoniã, vt Fauorinus dicebat, denotat oſculum ani-

mi oſculantis cũ re amata deuotam coniunctionẽ; vellet .n. animus venerãtis cũ animo venerati coniũgi, & quoniã corporis ſui terminũ tranſire nõ poteſt, ideo circa os, tãquã ad fores ſupplex aſtans veneratæ rei, vt fieri valet, copulari conatur. Ideo ſymbolici Theologi, vt refert Aug. Curi. hierogly. li. 1. cap. 31. animę cũ Deo vnionẽ eo reprę ſentabãt; fingebant enim Dianã in quodam altiſſimo monte endymionẽ ſomno ſopitũ deoſculari. Et D. Bern. ſer. 53. poſt D. Aug. 6. de trini. cap. 5. inquit, quòd oſculum eſt commune quoddã oſculãtis, & oſculati, & quòd in Diuinis propterea Spiritus Sãctus dicitur oſculũ, ideſt nexus, quo pater, & filius indiſſolubiliter vniuntur. Colligitur ẽt ex eadẽ cõſuetudine ad manus, vt plurimum, vel ad pedes eiuſmodi oſculũ deferri. Pro primo hæc habentur teſtimonia. Inquit Plin. lib. 28. cap. 2. Adorãdo dextrã ad oſcula referimus; Apuleius verò in Aſi. lib. 4. Multi admiratione ſtupidi venerabantur Deam Venerẽ oribus ſuis dexteram admouẽtes. In 3. deinde Reg. ita legitur, & derelinquã mihi in Iſrael ſeptẽ millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os, quod nõ adorauit oſculans manum: & apud Euripid. in Hecuba, manibus Achilles genua comprehendit,

hendit, & oſculatus eſt manus. Tacitus deniq; lib. 15. ita de Nerone ſcriptum reliquit: genua ipſius aduolui, & dexteram oſculis fatigare. Verũ eſt, ni fallor, quòd in huiuſmodi cultu exhibendo noſtrã potius, quàm venerati manum oſculari debemus; maior enim ita, honorãtis apparet humilitas, & honorati præſtantia. Secundũ verò his patet exemplis. Diocletianus in primis, Pomponio referente, poſt triumphũ de Perſis, adorari, ſibiq; pedes oſculari iuſſit. Caius Calli. ſimiliter, Zonaras vt inquit, pedẽ Senatoribus oſculãdũ porrexit: & Seneca 2. de beneficijs ait, Caium Cęſarem abſoluto iam Pompeio, agentiq; gratias ſiniſtrũ pedem oſculandum præbuiſſe. Niceph. poſtea Calliſt. ſcribit lib. 9. c. 32. quòd in Pannonia, anno 324. Britannius equitũ Magiſter, vt Imperatorem adorandi morem ſeruaret Coſtantij pedes oſculatus fuit, ob quod in gratiã redijt cũ eo: & quòd anno 411. Galimerius à Iuſtiniano victus, Bellisarij ſuaſione ac exemplo motus, humi procubuit, & ex vetuſtiſſima conſuetudine talem detulit Imperatori honorem. Multa poſſem alia ad rem hanc exempla referre; ne tamen lucidiſſima in re nimium gratis laborare velle videar, circa rem propoſitam pluribus non vtar.

Quòd pedum per oſculum adoratio ſoli Pontifici Max. iure optimo competat. Cap. III.

NIL vnquã dicitur tã clarè, vt non ſana mente affecti, niſi corde, ore ſaltem, & cum petulãtia, aliquid obijcere nõ conentur. 1. poſt. cap. 8. & 4. eth. incom. cap. 6. ex quibus Ioa. quidam Cuſpinianus præcipuus extaſt, qui nulla prorſus ratione habita, veritus nõ fuit aſſerere, pedum per oſculum adorationem tyrannidem potius, quàm verum reuerentiæ cultum reſpicere. Ipſe tamen Dei fretus auxilio, omnino diſſentiens ab eo, tria per ordinem in præſenti cap. pręſtare cõtendam. Primum, eiuſmodi cultum in debitè ſuſcipiente tyrannicum nullo pacto dici poſſe; & per conſequens Pontifici Max. legitimè deberi, quod eſt ſecundum. Tertium, inter viuentes ipſi ſoli iure optimo conuenire.

Ad primum reuertendo, hoc in primis ponatur fundamentum, legitimos ſcilicet illos dici Principes, & Dominos, ex electione, vel per ſucceſſionem qui Dominium retinent. 3. polit. cap. 10. illamq; veram eſſe legem, quę prauum prohibens rectũ præcipit. Cic.

lib. 2.

lib. 2. de nat. Deorum. Nunc prima ſit ratio, nihil à lege conceſſum tyranni cum dici poteſt: colligitur ex oppoſito eius, quod habetur prouer. 15. & 28. ex glo. in cle. vni. de baptiſ. & apud Ariſt. 8. eth. Nic.om. cap. 10. tyrannidem ſcilicet legibus, ac iuſtitiæ aduerſari. Sed mandant leges, quod maius eſt, quam cõceſſio, ſubditos Principibus ſuis ac Dominis reuerentiam pręſtare; vt l. 1. C. de Pręfect. vigil. l. petiores. C. de offic. recto. prouinc. & l. cum plures. C. de condi. inſtitu. Ergo ſubditi ex illis alicui pedes oſculari te nentur. Ex duobus dictis deducitur conſequentia. Primum dictum eſt, quòd honor ad illorum diuerſitatem, quibus tribuitur, diuerſus exiſtit. D. Thom. 2. 2. q. 81. ſecundum eſt, quòd vbi datur magis, & minus tale, ibi datur ſimpliciter tale. 5. top. cap. 3. ſtatuendus eſt igitur aliquis inter Principes, cui legitimè per oſculum ad pedes honor perſoluatur. Secunda ſit ratio. Nullũ violentum perpetuum. 1. cęl. tit. 15. 2. 18. & 5. Met. 6. quod ex tyrannide prouenit violentum eſt. 5. poli. cap. 10. Ergo tyranni numerus annorum incertus eſt. Iob. cap. 15. præter Sen. ibi. trag. 6. violenta nemo imperia continuit diu. Moderata durant, &c. ideſt tyrannicum nullum perpetuum eſt. Oſculi autẽ ad pedes adora-

tio tandiu viget, vt alijs omiſſis, à Bulgaris præ ceteris, Anaxaniſq; vetuſtiſſimis populis, teſtè Niceph. cit. loco, ortum habuerit. Qui ritus in hæc noſtra ſucceſſiuè tempora peruenit, ex parteq; Romani Pont. in ſeculi finem durabit, ex quo illucuſque cum eo ſemper Dominus erit. Matth. vlt. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi, cui talis honor ipſo iure præcipuè debetur. Tyrannica igitur dici nō poteſt. Hęc pro tertia habeatur ratio. Nullum Chriſto placitū, ab eo ue receptum tyrannicum eſt reputandum; oſculum autem ad pedes fuit ei aliquā do placitum. Luc. 7. ergo tyrannicum non eſt habendum, ſi quis ſibi pedes iure aliquo permittit oſculari. Nec ſit, qui dicat, Saluatorem permiſiſſe, vt pedes ſibi oſcularentur, vti Deo; quoniam contubernalem ibi quodammodo ipſe redarguit, quòd regionis de more ipſi domum intranti oſculum non præbuiſſet. Præterea, non poteſt oſculum Deo tribui, niſi per communicationem idiomatū, ideſt, per mutuam prædicatorum verificationem. Aliacen. li. 3. q. vni. ſicut hæc, multaq; alia de eodem verificantur prædicata, Deus eſt homo, paſſibilis, &c. Nicolaus de Oren. in tract. de communicatione idio. & Cameracen. lib. 3. q. 5.

Quan-

Quantũ ad ſecundũ, arbitrantur nõnulli eã ſolã ob rationẽ Pont. pedes oſculari; quoniã ſandalijs ſanctiſſimę Crucis ſigno munitis, ad imitationẽ D. Petri, calciãtur. Sed videãt Damaſce. li. 3. de fide orthod. c. 8. dicẽtẽ, ſi cõſideretur caliga Regis per ſe, non cõiuncta pedi; nõ honoratur, nec oſculatur: in pede verò eodem oſculo, quo oſculatur pes, oſculatur caliga. Per ſe igitur Pontif. pedes oſculãtur, ſandalia verò per accidens ideſt quatenus ab eo gerũtur. Efficit vtiq; crux illa, vt qui pedesillius deoſculãtur, ea inſpecta maiori animi pietate tale debitũ perſoluãt. Vera tamẽ ratio, qua Pont. crucẽ in pedibus gerit, ea profectò eſt; vt viri, ac muneris decorem oſtendat: vel, vt eius auxilio rectè gradiens, greſſus totius Chriſtiani gregis dirigat in viam pacis; pedes enim ſanctorum à domino diriguntur, & cuſtodiuntur. Ezech. 1. quod etiam de pedibus Apoſtolicis verificatur. Angelomi. Monachus ſup. 1. Reg. cap. 11. Intimius ergo perſcrutantes alias poſſumus propoſitæ rei rationes aſſignare. Prima eſt ab ipſius pedum, necnon oſculi ſignificationibus deſumpta: denotant eius pedes, in primis, fortitudinem, fidem, & amorem. D. Gregor. ſuper 1. Reg. 2. necnon humanitatem Chriſti, & omnia ad incarna-

tionem, ac diſpenſationis opera pertinentia. Orig. ſuper Iſai. homi. 1. oſculum, deinde, denotat, pre ceteris, gratiam. D. Bernar. ſermo. par. 52. & mediatorem inter Deum, & hominem. Orig. ſupra Cant. hom. 1. pacem inſuper inſinuat. Diu. Gregorius. ſupra 1. Reg. 10. Summus Pont. mediator dici poteſt; cum per clauium auctoritatem nos Deo coniungat: gratiam obicem nō ponentibus cumulatius, quàm alij Præſides, miniſteriali ter elargitur: & per conſequens ſuauiſſimam animi pacem donat. Iure igitur optimo propter omnia pedes eius deoſculātur; vt Magdalenæ exemplo, maxima à nobis cum humilitate huiuſmodi munera ab ipſo recipi videantur. Theophyla. ſup. Matth. cap. 28. Secunda ratio procedit per regulam à minori ad maius affirmatiuè, ex 2. top. cap. 27. Inquit Tertullia. in lib. de pænitentia, quòd ſacerdotum, qui ita ſimpliciter nuncupantur, pedes oſculari debemus; quoniam cōtritionem habentes, & peccata ſua manifeſtantes, iux. illud Ioan. 20. vade, & oſtende te ſacerdoti, per ſacramentalem abſolutionem Deo reconciliant, & Sozomenus li. 7. cap. 16. aſſerit talem ritum omnino fuiſſe olim in Ecc. Romana penes publicos penitentiarios ſeruatum. Multò magis igitur Pontifici Max.

idem

idem perſoluere tenemur; cum omnium ſacerdotum maximus exiſtat, ita, vt Summus dicatur. Nonnullis antiquorum exemplis confirmatur hęc ratio: legitur enim Danielis ca. 2. quòd Nabuchodonoſor, maximus quidem Rex, ipſius Danielis in faciem cecidit adoraturus, pedesq; oſculaturus, & iure optimo, ob magnitudinem ſignorum, vt ibi inquit D. Hierony. Et apud Ioſephum li. 11. cap. 18. quòd Alex. pronus in terram, maxima cum Perſarum principum admiratione, Iaddum ſummum ſacerdotem apud Iſraelitas ad oſculum pedũ veneratus fuit. Refert vltimo, Abdias li. 3. huiuſmodi venerandi ritum apud Medos etiam viguiſſe olim. Tertia ratio ſumitur ab obedientia, quæ præcipua videtur cauſa talis adorationis; reſpicit enim obedientia proprie corporis venerationem. D. Bernar. 3. ſerm. aduentus, quę veneratio potiori ſigno, quam ſi obediens infimas ad illius partes, cui obedientiã præſtat, oſculo percurrat; oſtendi nõ poteſt. Theoph. cit. loc. Pontifici verò Maximo ſupremo modo debetur obedientia. Deut. 18. Prophetam ideſt Pontificem Max. ſecundum glo. ibi, ſuſcitabo vobis de fratribus veſtris, quicunque non audierit illum, ego vltor exiſtã, pęnam æternam, & temporalem ſibi infligendo.

do. Confir. non poteſt Imperator Pontifici Max. non obedire, vt clarè patet per quaſdã epiſtolas Federici 2. ad Innocentium 3. anno Domini 1213. & Henrici 4. ad Paſchalium 2. ergo nec vllus alius inter homines: tenet conſequentia per regulam à maiori ad minus, negatiuè. 2. top. eod. cap. Supremè igitur obedientia illi debetur: primo ratione Sanctitatis, eminentis iuſtitiæ, &c. deinde quoniam pater eſt omnium fidelium; vnde quilibet tamquam filius debet illi obedientiam exhibere. Ad Coloſ. 3. Fili obedite patribus veſtris per omnia; hoc eſt enim placitum Deo. Et licet de filijs ſecundum carnem videatur expreſsè loqui; de filijs tamen ſecundum ſpiritum eminentiori modo verificatur etiam; ſublimior namque ita ſpiritus eſt carne, ſicut incorruptibile ipſo corruptibili. 1. cęl. t. 16. Quod optimè cognoſcens D. Amb. ita ſcripſit ad Marcelli. epiſt. 2. Et ideo Eccleſiam diligendo, aquam de pedibus in ſignum obedientiæ, & eius pedes oſculare. Dictis iterum, ac geſtis ſummorum Imperatorum comprobatur. Quare, anno Domini 1219. Rex Angliæ his verbis Pontifici Max. ſalutem dicit. Beatiſſimo Patri, & Domino Honorio Dei gratia Summo Pont. cõmendationem cum oſculo pedum. Carolus

Si-

Siciliæ Rex anno 1266. ita ſcripſit: Sanctiſſimo in Chriſto patri, Domino Clementi Diuina prouidentia, &c. cum omni reuerentia, & honore beatorum pedũ oſcula mittit beata. Anno deniq; 1324. Rex Poloniæ his verbis vtitur ad Papam, Sanctiſſimo in Chriſto patri, &c. Domino Ioanni Dei prouidentia Sũmo Pontifici Henricus cum recõmẽdatione ipſius, pedum oſcula beatorum, &c. Quantũ ad geſta, refert Galatinus lib. 4. de arcanis catholicæ veritatis c. 27. Conſtantinũ Imperatorem Syluestri pedes oſculatum fuiſſe. Blondus autem lib. 10. primæ decadis recenſet, Iuſtinianũ Conſtantini filiũ eodẽ honore Romanum Pontificem affeciſſe. Aug. verò Eugubinus lib. 2. de falſa donatione Cõſtantini. nu. 66. inquit, Iuſtinianum cum diademate in capite Conſtantini Papæ ad pedes oſculandos corruiſſe. Affirmant vlterius Martinus, & Platina in Pontificũ vitis, & B. Anſel. Epiſ. Lucenſis lib. 1. collectanearum, Pipinum Stephano Papæ obuiam factum, pedibus eius oſcula impreſſiſſe, eiuſq; equũ in Regiam freno duxiſſe. Nicolaus denique ab Aragonia, ſingula ne referã exempla, in cõpilatione regiſtri Põtificum, & Paulus Aemilius lib. 2. hiſtoriarũ Francorum, apertè narrant, quod Federicus anno Domini 1150. de

more maiorum, Hadriani 4. ſtapedam tenere coactus fuit, & eidem ex equo deſcendenti aperto capite pedem oſculari: & quòd Carolus Magnus, in ſcala S. Petri, eiuſdem pedes oſculo fatigauit. Quarta à ſanctorũ Apoſtolorum exemplis, qui Luc. 10. acceperunt à Domino poteſtatem calcandi ſupra ſerpẽtes, & ſcorpiones, ideſt alijs omiſſis expoſitionibus, ſuper omnes immundos ſpiritus, & ſuper omnes infideles ſæuientes, & inſidiantes. poſt Bedam, & Theoph. Vgo Card. eod. cap. Legitur de eis apud Abdiam in primis. lib. 3. quòd Myrmidones, & Philippẽſes viã vitę poſtulãtes ad pedes D. Andreæ ſe demiſerunt. Similiter, cum Patras idem reuerſus eſſet, oculoſq; cæcorum aperuiſſet, humi proſtrati pedes eius oſculabantur. Et apud Niceph. li. 11. cap. 7. Augarum Edeſſenorum Regem, D. Thaddæo ex 70. diſcipulorum ordine inſpecto, in omnium conſpectu tali oſculo eum veneratum fuiſſe. Nec non in actibus cap. 10. quòd Cornelius Cẽturio D. Petri ad pedes, venerationis cauſa, oſculo corruit; ſicut mulier etiam, quã ſanitati ipſe reſtituit, vt ĩ epiſt. prima ad Iacobũ Fratr. Nec obſtat, quòd talem honorem aliquando reſpuerit, vt fecit etiam D. Paulus apud Lyſtros. act. 16. illud enim ideo fece-

runt, ne illi ex miraculis ipſos Deos eſſe arbitrarentur; vnde dicebant, nos homines ſumus. Immo erga Epiſcopos etiam, & ſanctas mulieres eiuſmodi cultum ſeruarũt antiqui; ſcribit namq; Sulpitius lib. 1. Valerianum Imperatorem ab igne liberatũ Martini pedes oſculo coluiſſe. Subſcribit ei Fortunatus lib. 3. dum dicit:

,, H*inc celeri exiliјt rapiens ſe Cæſar, & ardens*
,, M*artini genua amplectens, &c.*

Deinde S. Paulinus Nolanus in vita B. Ambr. & Leo de Caſtro ſup. Iſai. cap. 49. Theodoſium, habita victoria, Epiſc. pedes oſculantem gratias illi egiſſe, olimq; omnes Hiſpaniæ Reges huiuſmodi reuerentiam ſeruaſſe. Narrat deniq; Tholomaides, Febroniam ad Hioſiæ pedes ſe deieciſſe. Eſt Pontifex Max. maior omni muliere, & Epiſcopo in via: eſt etiam ſucceſſor D. Petri; merito igitur tali honore per cõſequens afficiendus. Quintam rationem Chriſti præparat imitatio; pręter illud .n. Luc. 7. extat apud Matth. 28. ꝙ mulieres diuites, inter quas erat vxor Regiј procuratoris, de ſuis facultatib. Chriſto miniſtrantes, ad ipſum accedentes pedes eius adorantes tenuerunt, oſculoq; cõtegerunt; vt in hymno reſurrectionis ſancta mater ibi canit Eccl. Illæ dum pergunt, &c. Le-

gitur ibid. apud Matth. Apoſtolos Dominũ videntes eum adoraſſe; ſupplicesq́; palmas tendentes,& genibus humum petentes, pedes illius oſculatos fuiſſe. Cum igitur Pontifex Max. ſit Chriſti Vicarius, ſummam habens in terris poteſtatem remittẽdi peccata, merito, non ſecus ac ille ſuos ad pedes, humiles, ac pœnitentes oſculo percurrentes admittere debet. Sexta, & vltima ratio in dictis Summorum Pontif. & ſanctorum Patrũ tota poſita eſt. Scribit Innoc. 3. lib. 2. myſteriorum Miſſæ cap. 37. quod Subdiaconi, atque Diaconi non manus ſed pedes Romani Pontificis oſculari debent. Gregorius autem Nazianzenus quadam in oratione ad ſubditos, quę ſparſim habetur apud Gratianum in 10. diſtinct. omnes aſſerit Pontifici Maximo vſque ad pedum oſcula ſubditos eſſe. D. tandem Auguſt. de vnita. Eccl. ca. 7. aperte docet, Reges non ſolum ad eius pedes ſeipſos proſternere debere; verum etiã puluerem lingere, veſtigia adorare, & cultus gratia ſoleas ad os referre. Circa vltimum rationibus itidem, ac auctoritatibus inſiſtã. Sit pro prima ratione primum fundamentũ, quod vnicus totius Orbis Dominus exiſtit: inquit enim Ariſt. 12. met. 55. Principum pluralitatem non eſſe bonam, & per conſe-

quens

quens vnicum debere eſſe principem. Idem aſſerit 3. de repub. capit. 5. & 3. polit. vbi dicit etiam, inter rationes gubernandi optimam eſſe Monarchiam. Poſt Platonem in libro de Regno, D. Thom. 4. polit. lect. prima, & Egid. lib. ſecundo de regimi. Princ. capitulo ſexto: idem tenet Nauarrus in relect. capitulo nouit. de iudic. notabili. 3. numero quarto, cui addit Sotus lib. quarto de iuſti. & iuri. quæſt. tertia articulo primo cõcluſ. tertia quod Adam ipſo iure fuit Dominus totius Orbis. Nec deſunt ad hoc rationes: vnde Plato citato loco ita argumentatur. Tres mundi ſunt partes; Aſia nempe, Africa, & Europa, quas tribus ſi diſtinctis Regibus ſubegeris: facilè continget, ſaltem propter confines, inter ipſos litem oriri, cuius iudicium ad nullum illorum trium deuolui poteſt; quartus ergo conſtituendus eſt, qui, vt eius ſententiæ ſit quieſcendum in eos, inter quos iudicat, imperium habere debet; alioquin eius iudicium ab æque potentibus diſſoluetur. Addit Petrus de Monte in tracta. de Monarchia capitulo decimo, quod ſicut monſtruoſum eſt in corpore plura eſſe capita; ita naturæ repugnat plures in Orbe Dominos eſſe. Ad euitan-

dam ergo deformitatem, vnius totius mundi dominus poni debet. Clicthoueus deniq; cap. 3. de Regis offic. Regia poteſtas, inquit, & dignitas Diuinæ poteſtatis, ac dignitatis eſt æmula, & ſymbolum quoddam; vna enim eſt, omnia coadunans, colligens, & ſaluans, ſicut illa. Hec affert exempla; aſtrorum multitudo vnum ſpectat ſupremum ducem, nẽpe Solem: neq; deeſt gregi ſuus dux Aries: neq; armento ſuus Taurus: neq; ad bellum rectè inſtruitur acies, niſi vnus conſtituatur Dux, &c. ac ſi diceret, natura ipſa dictante dominium reperiri in rebus, ex Ariſt. primo polit. vbi dicit, quoſdam ex hominibus naturam producere, vt imperent, nonnullos verò, vt ſeruiant: & ex primo meteo. cap. 2, quod tranſtulit poſtea Picus Mirand. expoſit. 6. Non obſtat Caſſane. 5. p. Catalogi gloriæ mundi, conſideratione 28. nunquam pluribus probans vnicum fuiſſe Dominum totius Orbis, debet enim diſcrimen conſiderare inter habere actuale alicuius rei dominiũ, & habitualem iuriſdictionẽ, vt inf. Nec ſi quis diceret, ſatis eſſe quolibet in particulari regno vnicum ſupremum Dominum eſſe; eadem enim eſt minimi ad maius proportio, quæ maioris ad maximum, & maximi ad ſupremum. 5. top. cap. 3. ideſt, partis ad partem,

tem,& omnium ſimul partium ad totum. Particulari igitur in Regno ſi vnicus debet eſſe Dominus, ergo in Vniuerſo quoque. Sicut etiam ſi affirmaret vnicum eſſe Dominum totius Orbis in ſpiritualibus tantum, alterum uerò in temporalibus ſimiliter; dicit namq; Serinus, quòd, ſicut ſi duo eſſent Soles in Orbe, omnia conflagrarent; ita, ſi duo Domini, cuncta deſtruerētur ab ipſis. Affert rationem Ric. de S. Victor. li. 2. de Trini. cap. 15. vbi dicit. Ille abſolute Dominus eſt, cuius libertas nulla poteſtate premi poteſt: & cuius poteſtati nihil reluctari valet: ſi plures igitur, etiā ſub diuerſo reſpectu, ſupremos Dominos cōſtitues, nullus eorum abſolutè Dominus erit, ſed ſecundū quid; cum potentia cuiuſlibet poterit ab alio alternatim impediri, cōtra determinata. Vt clarior tamē res fiat, cum quantum ad ſpiritualia de Pontifice Max. omnes concedant; circa temporalia de eodem inſiſtam per auctoritates, & rationes. Habetur in primis per Nicolaum Papam in cap. 1. 22. diſt. quòd Chriſtus Petro ęternæ vitæ clauigero terreni ſimul, ideſt tēporalis, ac cœleſtis imperij iura commiſit; & loquitur abſolutè. Confirmatur per Iaſo. in l. reſcripta. col. 2. C. de pręc. Imp. off. ex opinione Baldi in c. Eccl. Sanctæ Mariæ. col.

3. de conſtit. vna cum Cardinal. Alexand. in capitulo ſi Papa colum. fina. 40. diſtinct. dicentem, quod Papa eſt Dominus dominantium, & habet ius Regis Regum in ſubditos, qui eſt omnia, & ſuper omnia. Eſt tex. præterea in authen. quomodo oportet Epiſcopos colla. 1. in princ. quod Imperator ſimul cum corona temporale regnum à Pontifice Maximo recipit; & ſequitur Abb. in capit. venerabilem de elect. in glo. in ver. tranſtulit. §. Papa. Immo poteſt ipſum deponere, vt multoties depoſuit; ſicut in ſpecie legitur de Zaccharia, qui, vt ſcribit Priſingenſis libro quinto capitulo 33. Pipino Francorum Regnum adiudicauit. Habetur etiam in Regiſtro Gregor. 7. libro octauo, quod Leo. 3. 801. anno Carolo Magno Imperium conceſſit: & Innocent. quarto Federicum ſecundo Imperio priuauit, & eius fratri Portugallię Regnũ tradidit: & hodie Dominus noſter Sixtus Quintus Henricum Borbonium Regem Nauarræ aſſertum, & Principẽ Cõdenſem regno ſpoliauit, quod, alijs omiſſis, non feciſſet, niſi apud ipſum poteſtatis plenitudinem, etiam in temporalibus, apertè cognoſceret eſſe, vt inquit gloſſa in extrauaganti Ioannis vigeſimo ſecundo de electione in ver. plenitudinem. Vlterius re-

fert Aimonius lib. 3. capit. 2. reperiri in 12. li. epiſt. Sanctus Gregor. quoddam priuilegium S. Menardi Abbatis, vbi in fine ita legitur. Nullus Regum ſub pœna grauiſſimæ iacturæ dignitatis, ac Regni amiſſionis turpiſſimæ, maiorum Pontificum decreta violare audeat: quod nunquã ſanè Sanctus dixiſſet, æquitati ſi non conſonaſſet. Inter rationes modo hæc prior erigitur; fit appellatio in cauſis ciuilibus ab Imperatore ad Summum Põtificem, ergo Pontifex Maximus etiam in temporalibus eſt maior Imperatore. Inde clarè habetur conſequentia; quoniam appellatio ſemper fit ad maiorem. Thom. Campegius de poteſt. Romani Pontificis capitulo 26. præter tex. in §. illo 2. q. 6. Antecedens verò habetur in epiſt. 2. Sixti primi, & in cap. ſi quis veſtrum quæſt. 5. Secunda ratio, ſicut corpus eſt propter animã primo de par. capitulo ſecundo, vbi dicit Ariſtot. corpus totum animæ gratia conditum eſt, & membra officiorum gratia conſtãt, & munerum, ad quæ ſingula accommodantur: ita temporalia propter ſpiritualia; minus enim perfectum ad magis perfectum eſt ſemper ordinatum ſecundo Phyſic. 23. 2. cęl. 2. & 12. Met. 7. Tanto deinde, ſunt ſpiritualia corporalibus præſtantiora, quantum anima pręſtat

corpore

corpore. c. ſolitæ. de maio. & obedi. Cum igitur Pontifex Max. ſit vniuerſalis dominus in ſpiritualibus. glo. in c. vlt. de pœni. & remiſſi. lib. 6. in ver. priuata, ſequitur, quòd et in temporalibus; cum hęc ad illa ſint ordinata, vt dictum eſt; & illa ſine his diu eſſe non poſſint. c. ſiquis obiecerit. 1. q. 3. Tertia ratio, cuius eſt iudicare de fine, eius etiam eſt iudicare de medijs ad talem finẽ. 6. top. cap. 14. & l. de qua re. ff. de iudic. immo quando aliquid committitur alicui, etiam illa committuntur, ſine quibus illud obtineri minimè poteſt. l. 2. ff. de iuriſdict. omni. iud. & c. præterea de offici. deleg. quoniam natura non deficit in neceſſarijs. 3. de ani. tit. 45. & 4. de par. cap. 12. ſicut neq; Deus. 1. cæl. 32. etiam circa ſupernaturalia; vnde ſemper eſt paratus facienti quod in ſe eſt dare gratiam. Apocalyp. 3. Ecce ſto ad oſtium, &c. per quam deinde poſſit meritoriè ſeruare pręcepta legis, iux. illud Matth. 19. Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata. At finis poteſtatis Papæ eſt æterna felicitas, omneſq; in illam dirigere; poteſtas verò ſecularis eſt medium ad illam. cap. Princeps. 22. q. 5. & ipſi commiſſa eſt tota iuriſdictio ſpiritualis, vt dictum eſt; ergo & temporalis, & eius eſt ſecularem etiã poteſtatem iudicare, vt tenet expreſſe Henric.

ric. de Ganda. quoli. 6. ar. 23. Verum Dominicus Sotus 4. de iuſt. & iure q. 4. ar. 1. Fernandus Vaſquius in controuer. Illuſtribus lib. 1. cap. 21. col. 2. num. 2. & Nauarrus citato loco; concedunt ſolummodò id, quod poſtremis rationibus concluſum eſt; Papam ſcilicet dominium habere temporale indirectè, ideſt in ordine ad ſupernaturalia. Cõſentiunt ipſis, præter D. Thom. Caietanus tom. 1. tracta. 2. de auctori. Papæ, & Franc. à Victoria de poteſt. Eccl. q. 5. ver. 8. Et quamuis cõceſſum ab eis ſatis mihi eſſet pro mea principali intentione; nihilominus, quia noſtrates communiter oppoſitum tenẽt, & ſemper quod eſt magis piũ, ſi fieri poteſt, eſt amplectendum; poſterioribus omiſſis, contra quos iuſta cauſa motus, nempe reuerẽtiæ, nunquã aliquod opponere intendo; cum prioribus, ipſorũ fundamenta perpẽdẽdo, verba faciã. Vellem igitur mihi dicerent; ſi per ea, quę dicta ſunt, vnus ſtatuendus eſt directè Dominus totius Orbis, etiam in temporalibus, vt ipſi quoq; admittunt: & per eoſdem Imperator is eſſe non poteſt, & numquam fuit; vt tenent expreſſe Iacob de Rauen. & Ioa. Fab. in l. 1. C. de ſum. de trini. & fide catho. vbi multa ponunt teſtimonia veteris, ac noui teſtamenti; quis igitur, niſi Pontifex. Max. erit?

Nec

Nec tenet ipſorum conſequentia, vbi dicũt; Pontifex Max. habet dominium temporale in ordine ad ſpiritualia, ergo non propriè, nec directè; ſequeretur enim quòd neq; vllus Rex directè Dominus eſſet in temporalibus; cum ipſorum quilibet etiam Regum in ordine ad aliud ſuum temporale dominiũ retineat, per glo. in c. ſtatutũ de reſcript. lib. 6. in ver. nõ. & cum delegatus, vbi dicit, quòd Regib. cõpetit Dominiũ temporale in ordine ad iuſtitiã miniſtrãdã: & per Ariſt. 3. poli. cap. 5. quòd Regia poteſtas eſt, cum vnus, ad vtilitatẽ cõmunem reſpiciens gubernat. In hoc certè cõuincuntur, quòd Chriſtus, quatenus homo etiã, eſt directè Dominus totius Orbis, et in tẽporalib. Ioa. 5. Poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis eſt, &c. & pſal. 2. dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ; ergo & Papa, cũ ſit eius Vicarius. cap. rogamus. 24. q. 1. & per Card. Reginal. & Matth. 16. Ego dico tibi, &c. Luc. 22. Simõ Satanas, &c. & Io. vlt. Simon Ioãnes, &c. Conſequẽtia poſtea inde deducitur; quoniã eadẽ eſt iuriſdictio delegati, & delegãtis. Sylueſt. & Ange. in ver. delegatus. nu. 5. Idem eſt Cõſiſtoriũ. Hoſti. in c. quãto de trãſla. Et idem tribunal. c. nõ putamus de conſue. in 6. Concludamus igitur, priuſ-

priuſquam eorum ad obiectiones deueniamus, cũ Alphonſo Aluarez in theſauro Chriſtianæ religionis. cap. 16. quòd Pontifex Max. poteſtatẽ habet in temporalibus proprio iure, ideſt directe, & per ſe. Quare omnes mundi Reges ſunt illi ſimpliciter, & abſolutè ſubditi; ipſe verò ſoli Deo. Corſet. par. 5. num. 36. allegans Innoc. & Petr. de Anchara. preter D. Ambr. in lib. de cura Paſtora. & D. Cypria. in tract. de ſimplicit. Prælato; vt refertur etiam in cap. loquitur Dominus. 24. q. 1. Ipſi autem primò opponunt, Chriſtus, vt homo, temporalem poteſtatem numquam habuit. Ioa. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo: ergo in Vicarium ſuũ non tranſtulit; cum nemo det quod nõ habet ex Porph. cap. de diff. in princ. Reſpondetur per negationem antecedẽtis; ad probationẽ verò dicitur cum glo. ibi, quòd per illa verba non negauit abſolutè ſe Regem in tẽporalibus eſſe; cum oppoſitũ habeatur. Luc. 23. Mar. 15. & Matth. 27. ſolũmodò aũt illud excludere voluit, ꝙ imponebatur ſibi de vſurpatione regni Iudæorũ. Verba Pilati rẽ clariorẽ reddũt; vbi dicit, Ego nullã in eo inuenio causã mortis, quã, ſupple, vos dicitis de vſurpatione regni Iudæorum contra Cęſarem. Secundò, qm̃ Chriſtus, etiã quatenus

homo,

homo, non tranſtulit in D. Petrum, & per conſequens, nec in ſucceſſores, omnem quã habebat poteſtatem; cum non trãſtulerit poteſtatem faciendi miracula, inſtituẽdi ſacramenta, & conferendi gratiam abſq; eis, &c. Dicitur tamẽ longè diſparem eſſe rationem de conceſſione temporalis Dominij, & de alijs ab eo numeratis. Non conceſſit poſſe facere miracula propria virtute, nec poſſe inſtituere ſacramenta, ratione ſuæ incapacitatis; cùm purus homo eſſet, & illa ſoli Deo conueniant, Si quis ſemel. §. quærendum. de pœn. d. 11. & Conci. Triden. ſeſſ. 7. can. 1. ſed clarius dicatur, triplicem in Chriſto circa ſacramenta poteſtatem fuiſſe, auctoritatis, ſcilicet, excellentiæ, & miniſterij. Prima fuit in ipſo, quatenus Deus eſt; & ideo nõ potuit illam hominibus communicare. Titelman. in ſacro eloquio. tit. 7. cap. de bapt. ſecũda fuit in ipſo, quatenus homo etiam, quã neq; hominibus elargitus fuit; ne alij ſpem ſuæ ſalutis collocarent in alijs; videntes, audienteſve in Petri nomine, vel Pauli ſeipſos iuſtificari. Gerſ. in ſerm. de natiui. B. Virg. præter ipſius diffinitionem ſacramenti, vbi completè dicitur, ex Scoto melius quam ex alijs, omnium ſit pace dictum, 4. ſ. d. 1. q. 2. ibi, de tertio principali, &c. Sacramentum

eſt

eſt ſignum ſenſibile gratiam Dei, vel effectũ Dei gratuitum ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificãs, ordinatum ad ſalutem hominis viatoris. Dicitur, ad ſalutẽ hominis, ideſt ad hominem ſanctificandum ex opere operato, ad differentiam Sacramentorum veteris legis, contra nonnullos ſacramenti rationem volentes ex æquo de ſacramentis tam veteris, quàm nouæ legis verificari. Tertiam vtiq; cõceſſit hominibus, prima ad Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo, &c. Immo talẽ poteſtatem non exercuit. Ioa. 4. ne forte homines exiſtimarent baptiſmum ab eo miniſtratum potioris eſſe virtutis, eo quod Apoſt. miniſtrabant. Conferre gratiam vlterius abſq; ſacramentis, eſt etiam ipſius Dei peculiare, loquendo de potentia abſoluta; ſecus enim ſecundum legem ordinariam, ideſt à ſe cõſtitutam. Io. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Quòd autem recipientium ad capacitatem omnia Deus benedictus cõmunicet ad intra, ſicut ad extra, ita clare patet. Pater in Diuinis omnẽ filio poteſtatem communicauit, quare omnipotens filius, ſicut pater dicitur. Athana. in ſymb. modo tamen conuenienti communicauit, ideſt generandi potentiam cum oppoſito reſpectu; paſſiuè, nempe, & non actiuè: vel, ſub ratione filiationis, &

non

non paternitatis. D. Thom. 1.5. d. 20. & de potentia Dei q.2.art. 4. Clarũ eſt etiã, quod prima bonitas influit bonitates ſupra res omnes creatas influxione vna. Auct. de cauſ. propoſit. 20. ſecundum tamen modum recipientis; da oppoſitum, cum inferior potẽtia ſuperiorem impedire non poſſit, tolleretur prorſus liberum arbitrium. Cum autem Pontif. Max. temporalis poteſtatis capaciſſimus exiſtat; minorem enim hæc, quam ſpiritualis idoneitatem requirit. c. per venerabilem, qui filij ſint legi. ideo cum ſuperioribus nullũ negocium habet. Inſtant ipſi tamen, quòd ideo temporalis poteſtas non fuit in Pont. tranſlata; quoniam cum ſpirituali non eſt compoſſibilis, per illud Matth. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Ad quod dicitur, illa incompoſſibilia appellari, quæ nec inter ſe, nec in vno tertio aliquo pacto conueniunt: vel, quæ ſibi ipſis non ſubalternantur. 4. Met. 27. & q. 19. At dictũ eſt temporalem poteſtatem ſpirituali ſubordinatam eſſe, & in Pont. Max. etiam per ipſos cum ea quoquo modo reperiri. Ad Matth. teſtimonium reſpondetur, quod ibi Chriſtus non iubet reddi Cæſari omnia temporalia, ſed ſolummodo quæ eius erant, quod patet per, ly. quæ, cũm ſit dictio reſtrictiua. l. cũctos

popu-

populos. C. de ſum. trini. & fide catho. Vel, ita dixit, vt ſcandalū euitaret, ſicut fecit etiā, quando tributum ſoluit. Matth. 17. Opponunt tertio, quoniam naturaliter ſingula officia ſingulis committuntur perſonis. capit. 1. 89. diſt. Sed poteſtas ſpiritualis, & temporalis ſunt diſtincta officia. cap. ſuſciptis, & capit. quoniam. 10. diſtin. ergo ſingulis committenda perſonis; & per conſequens, cui ſpiritualis committitur, temporalis committi non debet. Reſpondetur, primo ad maiorem, eos ſcilicet Ariſtotelem non vidiſſe 3. de ani. 45. & 60. dicentem, quod natura non abundat in ſuperfluis; & ideo multoties vnico ad plura officia vtitur inſtrumento. 2. de part. cap. 16. vnde, vt vnicum referam exemplum, ad guſtum, & ſermonem in nobis vtitur lingua. Auctoritas verò, quam ipſi adducunt, de illis ſolummodo tenet officijs, quæ nullum ordinem inter ſe habent, diuerſoſque fines reſpiciunt, vt de dictis poteſtatibus non contingit. Ad minorem modo, quod illę poteſtates ſunt vtique diſtincta officia, vt ea iura dicunt: formaliter, vel ratione tantum; non tamen ſubiecto, de neceſſitate, cum in eodem ſimul reperiantur. Quarto ita dicunt, Pontifex Max. dono accepit à Conſtantino

dominium temporale; vt, poſt Pogium, Martinum coſentinum, Iacobum de Voragine, aſſerit Vincētius Hiſtorialis lib. 24. ergo primatum non tenet in temporalibus. Reſpontur, quòd de tali donatione habetur etiam in c. Conſtantinus. 96. diſt. ſed fuit reſignatio potius, quàm donatio. glo. in c. nouit. de iudici. Iacob. Butrigar. in proæmio codicis; & Alex. conſi. 11. col. 3. volu. 1. Diſtinctè vtique cum Turre Crema. ſum. de Eccl. lib. 2. cap. 41. dicere valemus, quòd Papa dominiū temporale habet immediatè à Deo. Matth. 16. executione, ſeu declaratiuè à Concilijs, à Conſtātino verò promulgatiuè. Vltimo referunt, quòd Natham Propheta Dauidē Dominum ſuum appellauit. 3. Reg. primo. & quòd Rex pręcepit Helchiæ Pōtifici. 4. Reg. 23. Paucis reſpondetur, ꝙ Nathan Propheta ſolum erat; Dauid verò Rex, & Propheta: & quoniam duo vincula, cæteris paribus, magis legant, quàm vnum. auth. de cōſang. & vter. fra. 1. colla. 6. & D. de edi. diu. Adr. tollen. l. ſin. ideo mirum non eſt, alter ſi alterum dominum ſuum appellauit. Vel, ita forte dixit Nathan, quoniā Dauidem agnoſcebat in Regem de mandato Domini à Samuele vnctum, & ab eo multum diligi: aut potius, quoniam Dauid propheticè Chriſtum

repræſentat; ſicut .n. Dauid manu fortis, ac deſiderabilis interpretatur, ita forti', deſiderabiliuſve nihil ipſo Chriſto exiſtit. Apocalyp. 5. & Haggęi. 2. Fateor etiam, in ſecundo loco, Regē ibi, nihil ſanè præcepiſſe; ſed vtique Pōtificem, & Sacerdotes hortatum fuiſſe, vt idola de templo proicerent, nec alios timerent, quod Imperator hodie, ac Reges omnes in noſtrum Pōtificem Max. præſtare deberent; vt, ſicut ex corde deſiderat, cunctas hæreſes euellere poſſet. Sextò quaſdam leges proponunt, in quibus videtur apparere Pontificem Max. in temporalibus ſuperiorē recognoſcere: & primò l. depreca. ff. ad l. Rodi. de iact. & l. 1. C. de vetor. iur. enucl. vbi habetur, quòd Imperator eſt mundi Dominus: vel, quòd Imperium traditum eſt Imperatori à Diuina maieſtate. Reſpondetur, primò dictis legibus aſſentiendum non eſſe; cū ab Imperatore ſint conditæ, cui in proprio facto non eſt credendum. l. nullus. ff. de teſtibus. Secundò, quoniam conſtat dictas leges ab eo conditas fuiſſe; non, vt aliquo pacto Pontifici Max. in temporalibus derogaret; ſed contra nonnullos tantum, qui terras Imperij iniunctè retinebant; præcipuè contra Robertum Siciliæ Regem. Bart. in d. l. de preca. poſtea mihi non placet, quando di-

cit ex Luc. 2. haberi, Imperatorem dominũ eſſe totius Orbis;per id,quod dicitur. Exiuit edictum à Cæſare Aug. vt deſcriberetur vniuerſus Orbis; quoniam nihil ibi determinat Sanctus Euangeliſta;ſed hiſtoriam ſolummodo refert:quare contrarium ſentiens non hæreticus reputãdus,vt ipſe dicit. Conceditur inſuper, quod imperialis poteſtas, ſicut alia quælibet, à Deo ſit. Prouerb. 8. per me reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt. Immo Heſiodus aiebat, ex Ioue ſunt Reges, cum hac diſtinctione,quod mali regnant Deo permittente; boni verò eodem iubente; quod optimè notat Guerrerius in ſpec. Princ. cap. 16. nume. 6. pro conciliatione dicti Oſeæ. 8. Poſſet etiam facilè concedi Imperatorem habere dominiũ à Cæleſti maieſtate non immediate,ſed mediate,ideſt per Pontificem Maximum. Abb. in cap. venerabilem de elect. in gloſſa in in verb. tranſtulit. §. Papæ; quare Imperator Papæ dicitur filius.gloſ. in extrauag.Ioã. 22. vna de Iudæis,& Sarrace.in verb.filij noſtri. Confirmatur per cap.omnes diſtin. 22. vbi dicitur, quod Imperium, ſicut ſacerdotium,eſt à Deo,ſed poteſtas Imperij non deriuatur in Principem ſecularem immediate à Deo,ſed per debitam, & ſubalternatam e-

mana-

manationem à Vicario Chriſti, apud quem ſunt iura cœleſtis, & terreni Imperij. Idem apertiſſimè declarauit Gregorius 7. anno 10077. qui Henrico 4. abrogato Rodulphũ Burgundiæ Ducẽ Germaniæ Imperatorem inſtituens Regiã ad eundẽ coro nã miſit, inſculpta vbi hæc habebãtur: Petra, ideſt Chriſtus: dedit Petro, ſupple, & ſucceſſoribus, dominiũ tẽporale. Petrus diadema Rodulpho: ideſt ſucceſſor Petri eandẽ habẽs poteſtatẽ, idem Imperatori dominium concedit. Sed inſtant ex verbis ipſiuſmet Pontificis Max. in cap. Solitæ. de maiori. & obedi. §. 2. vbi habetur, ſed Pontifex in ſpiritualibus antecellit, ac ſi diceret, Imperator ſicut in temporalibus, cum ly, ſed, ex aduerſo diſtinguat. Reſpondetur nihilominus dupliciter; & primo, quod ly, ſed, non ſemper ponitur aduerſatiuè: ſed aliquando demonſtratiuè, ſeu correctiuè, vt eo loci. Alberi. in ſuo dictiona. ad ver. ſed, vbi legum quoque teſtimonia ponit. Sed eſto, quod ſemper aduerſatiuè ponatur, adhuc non obſtat in caſu noſtro quoniam ſumus in ijs, quæ inter ſe nullo pacto opponuntur: immo ſunt neceſſario ſubordinata. Abb. in c. Nouit. de iudici. in 2. notab. Ex quo etiam habetur explicatio l. ſi inter me, & te. ff. de excepti. rei iudicatæ,

& l. Pomponius. §. ſi is in fi. ff. de procurato. vbi dicitur, incluſio vnius eſt alterius excluſio; valet enim eiuſmodi dictum in contrarijs immediatis, non autẽ mediatis. Ariſt. in poſt prædic. cap. de oppoſitis, quod intelligi debet cũ neceſſitate, vniuerſalitate illationis. Secundò, quòd Pontifex Max. fatetur Imperatorem ſe maiorem eſſe in temporalibus, non quantum ad poteſtatem, vel habitualẽ iuriſdictionem; quoniam hęc eſt apud ipſum. glo. communiter approbata in c. nouit. de iudici. ſed quantum ad actualem adminiſtrationem, quod clarè colligitur ex verbis, quæ ibi habentur. ſ. Imperatorem illis ſolummodo in temporalibus dominari, qui ab ipſò ea recipiunt. Alius igitur dari debet, abſolutè, & ſimpliciter qui omnibus dominetur, qui eſſe non poteſt, niſi Pontifex Max. per ea, quæ ſup. Ex quo igitur aduerſariorum abiecta minimè obſtant, concludamus iterum Pontificem Max. omni meliori modo totius Orbis dominum eſſe. Eo confirmatur apertiſſimè; quoniam nullo prorſus modo habet ſuperiorem in terris. Exo. 19. Baſtia. 1. ſubditus. 2. q. 7. §. ex his. quæ Montem tetigerit. 1. Pontificem Max. lapidabitur & Roma. Cóci. vbi habetur. Nemo iudicabit primam ſedẽ; quoniam omnes ab ea iuſtitiam deſiderant temperari.

perari . Immo dicunt Innoc. 4. in cap. 1. de conſtit. quòd Chriſti Vicario omnis creatura, ideſt omnis homo ſaltem in via, eſt ſimpliciter ſubiecta : & Deci. conſi. 137. colum. 2. vol. 1. quod factum Papę eſt factum Dei, & quòd poteſt quoad Deus valet. cap. propoſuit. de conceſſ. præben. quod tamen per quandam ſimilitudinem intelligi debet; vt quando dicitur in c. tanta. §. 1. de exceſ. Prælat. quòd facit de aliquo nihil, & de nihilo aliquid. i. poteſt facere, vt factum pro non facto, & non factum pro facto habentur. c. qui de ſponſalibus. 15. exceptis ius Diuinũ concernentibus. Anto. Roſel. in tract. de cõcil. in rubr. Pontifex Max. ſolus num. 33. Vnde mirum nõ eſt, ſi à poſſe, & facio, vt Scęuolæ placet, Pontifex dicatur; quaſi omnia potens in terris, vt vulgo dicitur. Sit ſecundũ fundamentum, Pedum per oſculũ adoratio eſt maior honor, qui viuentibus perſolui valeat. Innoc. 3. li. 2. myſteriorum Miſſæ. cap. 37. & Gerſ. 1. par. de poteſt. Eccl. conſiderat. 11. in fine, vbi dicit, quod Papæ conuenit duliæ cultus vſque ad oſculum pedum, tamquam ad ſupremum. Concordant ei Guliel. Pipinus in expoſi. ſup. exo. cap. 4. & Ioa. de Platea in l. 1. de domeſt. Hac firmatur ratione, Ariſt. ſec. 33. proble. caput no

ſtrum Diuinum appellat, eo quòd in honorem illud dimittere, ac denudare ſolemus, vbi adeſt os ſimpliciter neceſſarium, cùm ſit ianua vitę. Auer. 3. de par. cap. 1. & per cõſequẽs magis honorabile cęteris, quę ibi reperiuntur; quare maior honor perſolui non poteſt, quàm ad alicuius pedes eo pronus percurrere. Vltimum ſit hoc fundamentum, Optimum optima decent. ca. viliſſimus. 1. q. 1. & l. fin. ff. de conſt. Princi. & habetur ex Ariſt. 1. cęl. 22. vbi dicit, immortale immortali debet accommodari, vti conueniens cõuenienti: & 3. de par. cap. 4. aſſerente, quòd rem nobiliorem in nobilioribus locis natura couſtituere ſolet. Ita modo formetur ratio; Pedum per oſculum adoratio eſt ſupremus honor, per ſecundum fundamentum: ſupremo igitur Domino ſolummodo debetur, per tertium fundamentum: ergo ſoli Pontifici Max. per primum fundamentũ. Duobus alijs Ariſt. dictis confirmatur. Habetur primo. 5. Polit. ca. 3. quòd honor habet proportionem cum dignitate honorati. Habetur, deinde. primo. reht. capite. 29. quod maximum ad maximum ſolummodo proportionem habet. Sed ſolus Pontifex Max. ſupremus Dominus exiſtit in terris, prӕter ſupradic. habetur expreſſe in c. cuncta per

mundum.9.quęſt.3.ergo ipſi ſoli talis honor debetur. Pro ſecunda ratione dicatur, etiam aduerſarijs annuentibus, huiuſmodi cultum ſolis ſupremis Principibus, ratione pręeminentię, deberi; ab Imperatoribus, Regibuſq; in ſummum Pont. eſſe tranſlatũ. Apocalyp. 21. Reges terrę afferent gloriam ſuam, & honorem in illam, ideſt in Eccleſiã, vel Pontificem M. vt inquit Aquila. quam gentes ipſis detulerunt: & in epiſt. Leonis. II.cap.13.habetur, iuſtum quippe eſt, vt gentes ibi oſcula Romani Pontificis pedibus iaciãt, vbi olim Imperatoribus imprimebãt: & per conſequens apud ipſos non remanſiſſe. Robur habet conſequentia ab ipſius vi vocabuli; tranſlatio enim non ſolum importat conceſſionem alicuius rei; ſed omnimodam etiam alienationem; ita, vt de re tranſlata nihil penitus apud transferentem remaneat. poſt tex. in §. ſed quod Princi. inſt. de iur.nat. Lucas de Penna ſuper C. de locat. prædiorum ciuilium. l. fin. circa finem lib. vndecimo. Tertia ſit ratio. Quod eſt maximi proprium, alijs competere nequit; Saltem niſi cum eo neceſſariam, & immediatam connexionem habeat. poſt Ariſt. 5. top. cap.3. Doctores in l.1. C. quæ res ven. non poſ. de armis nobilium dum verba faciunt,

ciunt, quibus armis: inquiunt, alijs vti non licere abſq; diſcrimine, ſi cum eis in primo gradu non ſint coniuncti. Sed pedũ per oſculum adoratio propria eſt ipſius Chriſti; cum ratione quoq; humanitatis, maximus inter omnes exiſtat; vnde habetur Iſai. 49. Vultu in terra demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. 45. Hæc dicit Domi nus in Chriſto meo, ſubijciam ante faciem eius gentes, & dorſa Regum vertam. Deniq́ue 60. Et omnes adorabunt veſtigia pedũ tuorum. Ergo hodie ſoli Pontifici Max. conuenit: cum ipſe ſolummodo, quatenus Vicarius, peculiarem cum eo cõnexionẽ habeat. Confir. per id, quod legitur Ioa. 17. Ego gloriam, quã dedit mihi pater, dedi ei. S. D. Petro, & ſucceſſoribus. ex quod à Chryſoſt. dicitur. tom. 5. Qui veneratus eſt Eccleſiam, veneratus eſt Chriſtum. pro vltima ratione ita dicatur. Oſculum ad pedes, vt plurimũ. Sanctitatis ratione largiri ſolet; cum ſit Dulia exterior, quæ non niſi ob ſanctitatem alicui perſoluitur, per ea, quę ſup. At ſolus Põtifex Max. vt proto fere eſt in via, Sanctus appellari poteſt. P. de Ancharano in repeti. c. 1. de conſtitu. circa ſecundam pagi. & Panor. in c. nouit. in glo. 2. de iudici. facit ad hoc ꝙ inter priuilegia Rom. Pont. vt eſt videre

dere ſub Gregorio VII. 2. lib. reg. fol. 109. c. 23. habetur quod Rom. Pont. ſi canonice fuerit ordinatus meritis B. Petri, indubitanter efficitur ſanctus. Ergo ad pedes oſculum ipſi ſoli debet elargiri. Hæ rationibus prædictis auctoritates maxime fauent. Habetur primo quadam in epiſt. Prouinciæ Tarraconenſis ad Hilarium Papam, quæ Romæ habetur in Bibliotheca Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, & fuit lecta in ſynodo ab eodem Pontifice Rome celebrata, quod Papa poſt Deum præ alijs viatoribus eſt adorandus, & ad pedes oſculo peculiariter venerandus. Legitur ſecundo, in epiſt. Plotij Patriarchæ Coſtantinopolitani ad Nicolaum Papam, ſub tali nomine primum; Si quilibet noſtrũ ad tuam paternam ſanctitatem proficiſci, & tuis venerabilibus pedum veſtigijs frui voluerit; vt proprie iure optimo competit, quam maxime iucundum mihi erit. Refert tertio Greg. 7. epiſt. lib. 8. Gelaſium Pontificem Anaſtaſio Imperatori ita ſcripſiſſe, & ſi cunctis generaliter Sacerdotibus, recte diuina tractantibus, fidelium conuenit colla ſubmitti; quanto potius ſedis illius Pręſuli conſenſus eſt adhibendus, qui, ſicut cunctis eſt eminentior Sacerdotibus; ita præcipuo, ac eminentiori honore; oſculo. ſ. ad

pe-

pedes, eſt venerandus. Habetur vltimo inter priuilegia Summorum Pontificum, vt refert Greg. 7. quod ſolius Papæ pedes omnes Principes oſculari tenentur, non permittentes vllo modo, vt in ipſos eundem honorem alij perſoluant. De hac materia ſcripſit olim Reuerend. Dominus Ioſephus Stephanus canonicus Segobricenſis nunc vero Epiſcopus Veſtanus doctum & elegans opuſculum, ex quo nonnulla collegi. Scripſi & ego quoq; hæc ardentiſſimo deuotionis deſiderio accenſus, non vt rem perſoluerem in Sanctiſſimũ Dominum meũ Sixtum Quintum; ſed potius alijs vt maiora de ipſo dicendi occaſionem præberẽ: quæ ſi indignus aſſequar iucundiſſimum mihi ſanè erit, ac propterea immortales Omnipotenti Deo gratias, cui omnia debentur referam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

5-6-2